











2

HENRICI RHALA JC. & ejusdem facultatis Professoris ordinarii,

TOPICA.

METHODICE

Tradita, succinctè & dilucidè explicata,

EXEMPLISQUE EX OMNI antiquitate, maximè verò ex Jure depromptis,

(*In gratiam Juris Studiosorum*)

ILLUSTRATA.

Accessit his Oratio de Origine, Progressu, & Dignitate Jurisprudentiæ Romanæ.



FRANEKERÆ,

Impensis Ulderici Balck Illust. Fris. Ord. & eorundem Academiæ Typog. & Johannis Fabiani Deûring.

Anno 1641.



Nobilitate, eruditione, & humanitate præstanti viro,

DN. SIXTO â GROUSTINS,

Territorii, ſeu pagorum, qui ſunt in *Hinnarderadeel,* prçfecto, Domino ſuo omni obſervantia colendo.

S.

CUm non hoc, (ut egregiè Tac. 3. Ann. lib.) præcipuum amicorũ munus ſit, V.N. proſequi defunctum ignavo queſtu, ſed quæ voluerit meminiſſe, & quę mandaverit exequi. Voluerit a. doctiſſ. J.C.H.Rhala, *(quod exequi propter feſtinantem mortem impeditus eſt) Nos volentes amicorum munere fungi, reſiſte-*[re] *ut non debuimus, ita & deſtinatam*[t]*uæ Nob. Orationẽ ſponte offerimus. Rati*

nequaquam decorum, omittere aut evitare aliquid ex eo, cujus contrarium defunctus maluißet. Qui, utinam doctâ facundiâ, & facundâ doctrinâ ipse suum opus tibi probaßet; verum cum haud ita Cælesti Majestati visum sit, frustra dolemus, quod corrigere est nefas. Quare clementer nostra manu oblatam de origine, progressu, & dignitate jurispr. Romanæ, orationẽ, accipe: quam eleganter sanè & disertè exornavit, logicè connexit, historiis replevit, exemplisque ex multâ antiquitate depromptis lectu jucundam reddidit: ut & cum applausu litteratioris orbis (cujus te civem supra plebem admiramur,) sit suscepta: ideoque nec metus, presertim cum favore in eum pronior esse soleas, ne superbè sis spreturus. Non enim ad docendm te pro-

prie

HENRICI RHALA JC.

ORATIO

DE

Origine, progressu, & dignitate Jurisprudentiæ Romanæ.

HABITA

In Templo Academico

VI. Eid. Dec. Anno cIↃ IↃ. CXXXVI.



FRANEKERÆ

Impensis Ulderici Balck Illust. Fris. Ord. & eorundem Acad. Typog. & Johannis Fabiani Deûring. Anno 1641.

Lectori benevolo
ET
Candido
R. MEYER.
S.



Vm duo sint, Lector, quæ à Logicæ studio juventutem aliquoties deterreant, temporis impendium, & summa hujus studii difficultas, ex terminorum plerumque obscuritate orta. Doctiss. Vir. H. Rhala, *dum viveret Franequeranæ Acad. Cæsarei juris antecessor, utrique malo tempestivè obviam ire, ac præsenti Methodo mederi Consultum putavit: an assecutus quod intendedat, nemo*

dubitaverit. In tradendis enim præceptis utilissimas illas leges κατὰ πάντὸς, καθ' αὐτὸ & καθόλου πρῶτα, hoc est, veritatis, justitiæ, & sapientiæ, observavit. Quas quidem observandas, non solum antiquissima Philosophorum schola, sed ipsa natura magistra sapientissimè præscripsit & dictitavit: (nihil enim à Jurid. à Medico, à Theologo, à Philosopho in Philosophiâ, temere enuntiandum aut præcipiendum, nisi quod ad harum legum præscriptum sit prolatum.) Logicæ verò partes duæ cum sint, prima de inventione, secunda de judicio, primam solummodo tractavit) procul dubio, si vita mansisset, secundam de judicio additurus. Decem autem locis, seu topicis totam illam de inventione partem compendiosè comprehendit, quæ memoriæ causâ, hic ordine subjecimus, quorum primus est, à q. Causis 2. ab effectis, 3. à subjecto, 4. ab adjuncto 5. à sex dissentaneis, 6. à 5. Comparatis 7. à nomine, 8. à distributis 9. à definitione. 10. à testimoniis, quæ singula ita clarâ & nervosâ exposuit paraphrasi, ut nunc ab omnibus sine ullâ mentis defatigatione comprehendi possint (fit enim, nescio quomodo, ut quæ vocibus significantibus exponuntur ratiocinationes, facilius & altius insideant animis nostris) ut his probè intellectis, & naturâ & arte differere possit juventus, horumque beneficio ritè ordiri, publica privataque

gesta

gesta referre, dubia confirmare, erronea confutare, & vera concludere. Ne amplius, propter artis ambages territa de impendio temporis justè posset queriss. nec & alteri (quæ de difficultate & obscuritate) querelæ sit locus. Cui novo consilio subvênit, quæ enim apud Logicos obscura sunt, non tantummodo vocibus significantibus illuminavit, sed & clariss. ex omni fere facultate depromptis exemplis, clariora reddidit. ut simul cum arte, artis usum ostenderet, memor Socraticæ querelæ, execrantis eos, qui primi utilitatem ab honestate sejunxissent. Poeticis enim, oratoriis, philosophicis & maximam partem jurisprudentiæ exemplis quasi totidem artis testimoniis, artem persuasit. Non in Sophisticis & Scholasticis de arte ipsâ contentionibus, tanquam dumetis & spinis heret, sed subditis artis exemplis, quid sit ars, docet: ut ex iis unicuique constet, non esse Logicâ disciplinam veriorem: nec discipulum quam qui Logicus Nobiliorem, nec Magistrum quam talem præstantiorem: eoque modo Virgilianam, Tullianam, & Demosthenicam Philosophiam, omnium hominum Consiliis & judiciis usitatam (non ab Aristotele vel Ramo somniatam,) utiliter commendavit. A prodigiis & Sophistarum portentis diligenter abstinuit, utpote per quæ reliquæ

scientiæ cognitu redduntur difficiliores. Non enim urim & thumim *hæc, nec* Aaronicum λογεῖον, *sed contentionum tantum ac tenebrarum sunt artificia. Contrà ad usum direxit omnia, eoque juventutem, maximè legum cupidam, & propter antecedentia à Logicâ absterritam, ad illam revocavit. quam neque tantum exemplis, ex oratoribus, & poëtis, sed quod monendus es Lector, justinianeis potissimum exornavit. Idque in gratiam Studiosorum juris, quos sine Logicâ Naufragio proximos, facilè prævidebat: adeòque ut, sine Nauclero Logico, salutem sperare vix liceret. (Nam Labyrinthus tam non videtur filo Ariadneo eguisse, quam Justinianeum juris corpus Logicâ regulâ:) Noveratque sine Logica uti neminem, ita nec J. C. quicquam posse laude dignum: non textum resolvere, non Syllogisticè & axiomaticè verum sensum indagare, non dijudicare, non verum à falso discernere, non leges interpretari, τὸ κρινόμενον eruere. eaque sagacitate,* Cujacios, Wesenbecios, Pacios, Vultejos. *Majores hac minus instructos, longè superasse: ideoque è re studiosorum juris judicavit, si eos non solùm jus, sed & Logicam doceret, ne jura sine Logica verius ignorarent, quam scirent.*

verbis utar, contra illud, quod in re charum atque pretiosum est, parvi pendunt. Hæc quæ tenemus, quæ aspicimus, & in quibus cupiditas nostra hæret, caduca sunt, & auferri nobis possunt. Beneficium verò, etiam amisso eo, per quod datum est, durat: est enim rectè factum, quod irritum nulla vis efficit. Omnia itaque, quæ falsum beneficii nomen usurpant, ministeria sunt, per quæ se voluntas amica explicat. Quæ ὁ μακαρίτης cogitans, animi hæc posse grati testimonium esse, ac τεκμήριον comprobavit: ideoque ipse, si supervixisset, offerre nomini tuo non erubuisset. Quemadmodum nec hodie posteri, Conscientiâ voluntatis ejus erubescimus. Rogamusque ut amore soles esse in defunctum pronior, ita Hæ-

redes

redes favore prosequaris.

Hisque Generos. tuam, fines tibi regundos: omniaque, quæ tibi cara sunt, cælesti Dn. ac Patri in Christo commendamus. Cum desiderio, ut prætura tua diu fælix sit ac prospera, nomenque tuum apud omnes bene audiat. Vale N. Vir. Anno 1641. die Feb. 3.

Nomine superstitum hęredum, ac amicorum

T. G. Addictiss.
R. MEYER
τ. μ. amicus.



priè ſed ad oblectandum oblata eſt. (ſcientem namque docere quis non ſupervacaneum judicet? eorum vero memoriam renovari, quibus olim imbuti ſumus, & ad publicos honores evecti, dulce judicamus: quod ſi tamē docere & oblectari una poſſit, proventus inde duplus, ſin alterutrum unius ſaltem voti ὁ μακαρίτης compos, ſin vero neutrum, aliquam ſaltem laudē, voluntas meretur. Hac enim occaſione Amicum animū oſtendere cogitavit, & cum amicorum Contemptor eße non ſoleas, etſi genere, dignitate & authoritate imparium, aliquam inter illos amicitiam tecum ſperare, auſus eſt. Jmo rectori juſto ac æquo terræ majorum ſuorum, gratus eße, juſtitiæ amore voluit: (veſtro enim in territorio, Majores ejus natos, educatos, & ſepultos, eße conſtat.) neque ingratum

gratum, opinor, auribus tuis, si antecessorem juris hac ætate & dignitate, iterum de jure differentem audieris. Nec quis hæc, ut vilia, & gratitudini parum congrua, fastidiat dona. Donantis n. animus, non illa ponderanda sunt, de cujus candore, ut omnibus cognito dicere supersedeo: Id enim quod sub oculos, aut in oculos cadit, beneficium ipsum non est, sed ipsorum beneficiorum signum, vestigium ac nota: non potest enim beneficium manu tangi, sed animo geritur, multumque interest inter Materiam beneficii & beneficium, gratias, earumque signum: quare nec aurum, nec argentum, nec quicquam eorum, quæ à proximis accipiuntur, beneficiũ est, sed ipsa tribuentis voluntas. Imperiti a. id quod oculis incurrit, & quod traditur, possideturque, solum notant, ut Senecæ hic

verbis

Imò nec ipsos Logicos in Logicis irrationales esse voluit, sed ut & ipsi ad usum omnia referrent: utpote ex quo omne artificium natum sit. Oratores denique cum honore rostra ascendere, ibique perorare. Divinitatis consultos, populum divinę naturæ consortem ad spirituale bellum excitare, Medicos Hippocratica arcana revelare, & quicquid ullibi ratione utitur, sine Logica id non posse cum videret, omnibus, hoc facundo quasi Mercurio, subvênit ac præivit. Hæc Lector obiter præfari lubuit, cætera quæ hic omissa sunt, si superstes, diserta magis oratione, author addidisset. interim hęc Topica ejus quasi legatum aliquod, accipe, æquusque eorum judex esto: nec ob ante memorata Logicam negligas, simulac (de quo querela) in melius id omne mutatum agnoveris. Lege itaque hæc quisquis ad veram sapientiam aspiras, lege orator futurus, Theol. J. C. lege Philosophus, & si studiis vestris profuerit, laudate ejus Manes, sin contra nihilominus; cogitabitis enim, quod si non profuerit, prodesse saltem voluisse. præterea SS. Triunumque Numen celebra, propter cæleste hoc λογεῖον. Non unius hodie Sacerdotis pectus exornans, sed plurimorum. Cui & ob hæc sint dictę gratiæ, si ἄλογοὶ non simus. Non

ludicræ illæ, ut sunt gratiæ oris, sed quæ sunt Cordis, veræ ac solidæ. Ille. a. sit Deus noster, in Christo filio suo sapientiæ omnis fonte, ille pædagogus noster, & juris divini & humani nobis antecessor Amen.

Vale Anno. 1641. die 4. Februarii.



HENRICI RHALA JC.

TOPICORVM

Cap. I.

De Argumenti definitione, subjecto, & distributione ejusdem.



Opica traditurus, utilissimam hanc artem ab incunabulis, fontibusque suis altiûs deducam. Est ars inveniendorum argumentorum à JCtis & Philosophis τοπικὴ nuncupata à loco, græcis τόπος locus dicitur. Unde scripta de inventione argumentorum ab Aristotele & M. Tullio edita vocantur Topica, ut ex iis argumenta eruantur. M. Tullius locum definit argumenti sedem, argumentum autem rationem, quæ rei dubiæ fidem facit. P. Ramus tradit argumentum esse id, quod ad aliquid arguendum est affectum, hinc dicitur argumentum quasi argutè inventum, cui sententiæ subscribunt JCti, teste Isidoro interprete. Hæc argumenta, ut ab incunabulis ordiar, non sunt res ipsę, sed rationes, affectiones, & respectus rerum, sensaque animi, & notiones mente consignatæ, distinguun-

turque à ſubjectis rebus abſtractione, qua deſumuntur adjuncta à ſubjectis. Et dum definiuntur argumenta facultate quadam ad rem explicandam idonea, cauſa apta erit & commoda ad declarandum & arguendum effectum: ſic in ipſo genere eſt quędam aptitudo ad naturam ſpeciei demonſtrandam & probandam; quod & de cæteris argumentis eſt ſentiendum. Et cum per mutuam affectionem conjungantur, oritur hic mutua relatio, ſive affectio, & quidem reſpectus unius argumenti ad alterum, aliaque ab aliis explicantur, & arguuntur mutua ſingulorum definitione. Hinc eſt, quod cauſa per effectum, ſubjectum per adjunctum, genus per ſpeciem, definitio per definitum, ac invicem latente illa affectione, & relatione mutua ſimiliter explicentur. Sic diſſentaneum à diſſentaneo illuſtratur, à comparato demonſtratur comparatum. Mutaturque ſæpe nomen & natura argumenti, quamvis affectio argumentorum eadem, & ſibi ſemper ſit ſimilis: mutatur (inquam) pro diſpari ratione differentis rerumque affectionis: Exempli gratia, ſic homo ad res diverſas collatus diverſam relationem & affectionem habet: Nam ſi effecta ipſius conſideres, homo erit cauſa; ſi adjuncta ſpectes, erit ſubjectum; ſi definitionem, erit definitum.

Hanc argumentorum doctrinam P. Ramus in In-

in Inventione rectè generalem fecit; distinxitque in decem locos Causarum, Effectorum, Subjectorum, Adjunctorum, Dissentaneorum, Comparatorum, Nominum, Distributionum, Definitionum, & Testimoniorum: quæ generalis doctrina ad omnes quæstiones, ad omnes Orationis partes, ad res cunctas denique facillimè, & aptissimè accommodari potest, ut in proœmio hujus operis dixi, & latius admonstravi.

Subjectum argumenti sunt res universę, quę sub Ente & non Ente comprehenduntur, suntque omnes artes, Ethica, Physica, Philosophia universa, res divinæ & humanæ, Respub. mores, jura, leges, historia rerum gestarum, &c. Hæc enim est, ut Tacitus ex Quintiliano de Oratore scribit, ad dicendum subjecta materies. Nam in judiciis de æquitate, in deliberationibus de honestate dicimus, in demonstrationibus de natura & essentia rerum disserimus, simul narramus res, personas, facta, & docendi genus definiendo, partiendo causas, effecta, subjecta, adjuncta explicando, & ab oppositis illustrando exercemus.

Tradita generaliter natura & definitione argumenti, ejusdemque subjecta materia, divisionem ac subdivisionem ejus adjicere Methodi ratio postulat.

Duplex dicitur argumentum omnes apud Oratores tam ex Aristotele Retor. 1. 2. Cicerone ac Quintiliano, quàm ex Ramo & Melanchthone, aliisque modernis desumptum, scilicet artificiale aut inartificiale.

Artificiale est, quod ex sese arguit propria & nativa facultate, hinc insitum vocatur, qualia sunt omnia argumenta præter unicum testimonium. Testimonium enim non habet vim rei explicandę in se ipso positam & innatam, sed eandem aliunde nempe ab artificialibus mutuatur & assumit, inde assumptum nuncupatur, quod extranea vi arguat.

Artificiali enim argumento per se fidem habemus, inartificiali verò per se non credimus, nisi dicentis authoritas accedat. Atque hoc est, quod Cicero 2. de Orat. tradit, argumenta quæ foris assumuntur, non sua vi sed extranea sublevari. Est enim testimonium testis alicujus de re aliqua affirmatio quędam vel negatio: quo de loco infra latius dicturi sumus.

Artificiale est primum vel ortum de primo. Primum quod est suæ originis, veluti principium à se ortum, ut causæ, effecta, subjecta, dissentanea, comparata. Alia veró sunt argumenta à primis derivata, ut conjugata, notatio, integrum & membrum, genus, species, definitio. Nam intelligi nequit, quæ sit natura in arguen-

arguẽdo, quę vis & affectio generis, speciei, definitionis, descriptionis, & notationis, nisi prius explicetur & intelligatur quid sit Causa, Effectum, subjectum, adjunctum, dissentaneum. Itaque prima argumenta sunt quasi fontes, & quia primævam originem continent illius naturę & affectionis, quæ in reliquis argumentis inest. Orta de primis sunt velùt rivuli, qui è primis argumentis derivantur, habentque temperatam è pluribus naturam.

Primum est simplex vel comparatum. Simplex, quod simpliciter & absolutè consideratur sine ulla comparatione. Ut exempli gratia, quod eruditiss. Timpellus proponit lib. 1. Dialect. cap. 2. Exempli (inquam) gratia: Cicero disputat: in hac sententia duo sunt argumenta, sed simpliciter absque comparatione considerata: non enim Cicero comparatur cum disputatione, nec disputatio cum Cicerone: Utrumque ideò est simplex argumentum: Causa scilicet & effectum. At si quis dicat, Cicero est præstantior Lentulo: hîc Cicero comparatur cum Lentulo: eruntque argumenta comparata.

Simplex argumentum est Consentaneum vel Dissentaneum. Consentaneum, quod consentit cum re, quam arguit, uti Socrates & Doctus inter se consentiunt, veluti subjectum

& adjunctum: Dissentaneum quod ab alio dissentit uti Socrates & Arbor inter se dissentiunt & repugnant. Consentaneum est vel absolutè, vel modo quodam: absolutè consentanea argumenta sunt Causa & Effectum, modo quodam consentiunt Subjectum & Adjunctum. Rerum enim, sive argumentorum consensio non est par & æqualis: sed aliç arctiore vinculo, sive essentiali ratione magis consentiunt, ut causa & effectum, aliç leviore & quodam modo suam affectionem testantur, qualia sunt subjectum & adjunctum.

CAP. 2.

De Argumentis Consentaneis: & quidem primûm de causa efficiente.

LOcum principem inter argumenta jure meritoque sibi Causa vindicat, ut natura & ordine prior, qua de re Aristot. post. 2. 17. Causa est (ait) prior eo, cujus est causa, item Plato in Phileb. antecedit (inquit) semper causa, effectum verò subsequitur, quod ab ea producitur, Et quidem non modò reliquis argumentis, sed ipsis etiam definitionibus priores erunt. Nam ut Aristot. Phil. 6. 1. Omnes inquit

causæ principia sunt. Principiis autem omnibus commune est, esse prima, unde vel est aliquid, vel fit, vel cognoscitur. Inde illa Aristot. regula propter quod unumquodque est, illud magis est. Sic Cicero in Topic. primum esse locum rerum efficientium dixit, quæ causæ appellantur. Itaque dum causæ omnibus argumentis ordine ac tempore antecedunt, à dignioribus ordiendum est, quod & JCti statuunt l. 2. & l. quęritur D. stat. hom. & §. ult. Institut. de jur. nat. gent. & civil.

Causa est, cujus vi res est. Illa particula, cujus vi, notat causam à qua, ex qua, per quam, propter quam res sive effectum producitur. Causa Princeps inventionis locus, fons est omnis scientiæ, scirique demum creditur, cujus causa teneatur, ut meritò dicatur à Poëta:

Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas.

Intellectis enim & compertis causis, res ipsa elucescit: ut qui hominis causas animo & intellectu tenet, integram hominis naturam novit.

Causa est efficiens & materia, aut forma & finis. Nulla fingi causa potest, quę non sub istam partitionem cadat. Estque vel efficiens vel materia, vel forma, vel finis. Efficiens est causa à qua res est, cujus etsi vera genera non sint observata, ubertas tamen permagna modis quibusdam distinguitur: non enim omnes

efficientes eadem ratione, ſed alię hac, alię illa in efficiendo utuntur, ut primò Cauſa efficiens ſola efficit, aut cum aliis. Solitaria cauſa aliquoties cum pleriſque & principalibus & ſociis adhibetur, aliquoties ſola agit, Adhibetur ſimul cum aliis à Poëta, qui ſub perſona Didonis fingit Caucaſum eſſe procreantem cauſam Æneæ: & Hyrcanas tygres eſſe Æneę cõſervantes ſive adjuvantes cauſas hoc modo 4. Æneid.

Non tibi Diva parens generis nec Dardanus au-
Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrens (thor
Caucaſus, Hyrcanæque admôrunt ubera tygres.

Sic Cicero pro Marcello, Cæſaris bellicas laudes cum multis communicat, quod à multis adjutus ſit: ſed clementiæ gloriam totam ei tribuit, quia ſolus ejus & author & effector eſt. Ait igitur: Nam bellicas laudes ſolent quidam extenuare verbis, eaſque Ducibus detrahere, & communicare cum multis, ne proprię ſint Imperatorum. Et certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, ſociorum auxilia, claſſes, commeatus multum juvant: maximam verò partem quaſi ſuo jure fortuna ſibi vendicat, & quicquid eſt proſperè geſtum, id penè omne ducit ſuum, At verò hujus gloriæ, Cęſar, quam es paulò adeptus, ſocium habes neminem: totum hoc, quantumcunque eſt, quod certè maximum eſt, totum eſt, inquam, tuum:

nihil

nihil tibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit: quinetiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna in istius se societatem gloriæ non offert: tibi cedit, tuam esse totam ac propriam fatetur. Et quamvis hæc genera causarum apud Scriptores sæpè confusa sint, re ipsa tamen ut & ratione ac cogitatione distinguuntur, ut in allegatis exemplis videre est. Itaque causa sola agens principalis dicitur & absoluta, quę rem propositam efficit, sic, ut supra, Caucasus solus fingitur genuisse Æneam, item in restitutione Marcelli clementia Cæsaris sola prædicatur. Item Romulus est unicus Romanę Urbis conditor. Ita otium causa amoris absoluta & principalis dicitur: Sic Justinianus Civilis juris in unam compagem redacti solus author est, dum ab eo robur & authoritatem suam jus habet. Sic Intemperantia conviviorum sola efficit cruditatem, vinolentiam & insomnia. Ignis solus calefacit, eodem modo apud Virgil. 9. Æneid. Nysus, cæsis Rutulis, avocat ab Euryalo capto in se factę cædis & culpam & pœnam dictitando se solum authorem.

Me me: adsum qui feci: in me convertite ferrum
O Rutuli: mea fraus omnes: nihil iste nec ausus
Nec potuit.

potuit, Sic otium est causa procreans & con-

ſervans amoris, ergo ſublato otio amor tollitur; fundatumque eſt in illo axiomate logico, ſublata cauſa tollitur effectum. Cauſę quæ cũ aliis efficiunt, ſunt Conſervantes, Adjuvantes & Inſtrumentales.

Conſervantes ſunt, quæ ſtatum factæ rei tuentur, ſic cum Caucaſo cauſę conſervantes ſunt Æneę tygres Hyrcanæ nutrices, ita cum Romulo tutores & conſervatores fuere Romanæ Urbis Reges reliqui, Conſules, Imperatores &c. Item conſervantes cauſæ Rerumpub. ſunt bonæ leges, judices, Magiſtratus, legũq; interpretes & miniſtri, cenſus ac vectigalia &c. Huc nobilis illa medicinę pars de ſanitate tuenda pertinet, deque proſpera valetudine, quæ, teſte Hippocrate, retinetur labore, cibo, potu, ſomno, omnibuſque iis mediocribus, ſiquidem ſanitatis ſtudiũ eſt non ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores.

Adjuvantes ſunt quæ ſtatum rei adjuvant, Uti ſunt ſupra cum Imperatore arma, militum virtus, locorum opportunitas, ſociorum auxilia, claſſes, commeatus, fortuna, fœlicitas &c. de quib. ſupra pro Marc. Item in Rep. adjuvantes ac miniſtri ſunt cauſidici, medici, milites. Ita juris civilis cauſę adjuvantes & complilatores fuerunt, Tribonianus, Theophilus, Dorotheus, Iſidorus, Tallelæus, Menna &c.

&c. quorum prudentia & eruditione in jure civili diſponendo, legibuſque ſanciendis Imp. Juſtinianus fuit uſus. Martialis cauſas beatæ vitæ adjuvantes libr. 10. colligit ac recenſet hoc modo:

Vitam quæ faciunt beatorem,
Iucundiſsime Martialis hæc ſunt:
Res non parta labore, ſed relicta:
Non ingratus ager, focus perennis:
Lis nunquam, toga rara, mens quieta:
Vires ingenuæ, ſalubre corpus:
Prudens ſimplicitas, pares amici,
Convictus facilis, ſine arte menſa:
Nox non ebria, ſed ſoluta curis:
Non triſtis torus, attamen pudicus:
Somnus qui faciat breves tenebras:
Quod ſis eſſe velis, nihilq; malis:
Sumum nec metuas diem, nec optes.

Cauſæ inſtrumentales ſunt uti malleus, incudes, ferramenta, vectes, machinæ, tridens &c. Item Agriculturę inſtrumenta ſunt, bones, aratra, ligones, cylindrus. Militiæ inſtrumenta ſunt tela, arcus, ſagittæ, conti, lanceæ, gladii, haſtæ, ſcuta, caſſides, ſpathæ, bombardæ, turres, machinæ, uti ex Novell. 85. de armis conſtat. Sic Velleius Epicureus impius irridet Deum Platonis, à quo negat mundum eſſe conſtructum & ædificatum, cujus mentionem

1. de

1. de natur. Cicero facit. Argumentum Epicurei est ex remotione causarum adjuvantium ad elevandam divinam mundi fabricam. Deus non adhibuit ferramenta, vectes, machinas, ministros tanti operis: non potuit, uti putat, hunc mundum ædificare Deus. Quæ conclusio falsa & impia est, quia Deus non eguit his: solo enim nutu & verbo mundum condidit.

Secundò Causa Efficiens per se agit, aut per accidens. Quæ per se agit, sua facultate efficit propria & in se posita. Et talis agit vel natura, vel arte, vel consilio. Quæ ex se sua natura efficiunt, agunt id homines & omnia animantia in procreando, sic arbor & frutex sua natura fructum producit, & ignis vi naturæ suæ calefacit; ita venti mari incumbentes tempestatis naturales causæ sunt. Unde sunt illa Virgilii:

Incubuere mari, totumq; à sedibus imis
Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus, & vastos tollunt ad littora fluctus.

Ex hoc causarum genere tota naturalis Philosophia est de mundo & ejus partibus, de ventis, de grandine, de pluvia, de motu terræ, de animalium generatione, progressione, cœterisque ejusmodi rebus. Sic Physici in elementorum mutationibus causas efficientes considerant, calidum, frigidum, humidum, siccum, & pluviæ, grandinis, rerum cœterar. quę gignuntur in aëre ge-

e, generationem, partim ex exhalationibus, partim ex affectione aëris repetunt, & terrę motum ab inclusis exhalationibus; itemque disputant animalia partim coitu, partim sine coitu generari, & eorum progressionem fieri partim alis, partim pedibus, partim costis, partim ventre, partim pinnulis, &c,

Arte causa efficiens est, ut Philosophus disputat, Apelles pingit, eodemque in loco efficientium sunt Architectus, Faber, & reliqua suorum operum artifices. Ut Menalcas apud Virgilium ex authore laudat opus. *Pocula ponam*
Fagina, cœlatum divini opus Alcimedontis.
Contra similiter Damatus.
Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.

Sic Jupiter Olympius ex Phidia statuario, sic Alexandri imago ex Apelle, sic Comœdiæ Latinę ex Terentio & Plauto, sic ornata oratio ex Cicerone & Demosthene, sic quodvis opus excellens ex ingenio & nobilitate sui autoris cõmendatur.

Dicitur consilio efficiens, cum quis deliberata mente & cogitata ratione aliquod effectum producit. Consilii exemplum est illa Ciceronis de se confessio, Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam magna ex parte, nulla vi coactus, judicio meo, ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te. Sic

Phædria

Phędria exclusus à Thaide incontinentiam suam adolescens arguit & confitetur, ô indignum facinus: nunc ego & illam scelestam esse & me miserum sentio: Et tędet, & amore ardeo, & prudens, sciens, vivus, vidensque pereo nec quid agam scio. Item Cicero pro Marcell Prudens & sciens ad interitum ruebam. Pro Sestio, vivus, ut ajunt, vidensque cum victu & vestitu suo est publicatus. Pro Quintio: Huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur. Ita JCtis ex legibus Julia, Pompeia, Cornelia facta non simpliciter, sed dolus, propositum, voluntas malitiosa, ipseque animus malus, machinator pervicax delicta arguunt, & distinguunt. Simul ad hanc causam consilio efficientem pertinent deliberationes honestatis, vtilitatis, & τȣ δυνατȣ. Nam quid honestum, quid utile, sive quid fieri possit, efficiens ostendit. Porro in iis controversiis, quæ conjectura excutiuntur, suspicionem arguunt voluntas, & potestas peccandi, voluntas ex fine, potestas ex efficiente colligitur.

Efficiens per accidens est, quæ externa facultate efficit. Hujus generis causarum consilio & non consilio scilicet per accidens agentium magnus est usus. Hoc enim præcipuè in æstimatione laudis & vituperii, pœnę et venię spectatur. Namque homines ex fortuitis rebus

on adeò laudantur, sed ex spontaneis & voluntariis causis, à quibus virtutes & vitia proficiscuntur: & in judiciis pœnam aut veniam Magistratus reo decernit, hisce causis considératis, ut si scelus sponte commissum est, puniatur: sin casu ex imprudentia, condonetur. Itaque causa per accidens effectum producit non per facultatem in ipsa sitam, sed per facultatem extrinsecus advenientem. Hanc Stoici rectè Fatum vocant, id est, divinam illam legem, per quam ineffabiles Dei cogitationes atque incœpta complentur. Undè à fando dicitur, quod Deus in animo suo fatus est, statuit & decrevit. Undè cum res mortalium Fato ac necessitate immutabili voluantur, quę nec ullis humanis rumpitur consiliis, rectè Livius dec. 1. libr. 8. fermè, ait, fugiendo in media fata ruitur: Et ut Trag. in Octav. non vota meos tua nunc casus, sed fata regunt: Et ut Idem in Oedip. Quicquid patimur mortale genus, quicquid facimus, venit ex alto. Et ut eleganter ac propriè Juvenalis canit. 5.

Fata regunt homines: fatum est in partibus illis,
Quas sinus abscondit.

Sed quia fatum non semper absolutè agit sine interjectis causis secundis, quę dum sępe latenter rebus inhęrent, apud principia & nexus casusque naturalium causarum difficulter inveniuntur,

niuntur, tamen tum discrimen requirunt te stationc sua, investigatis apud bonos authore ejus rei exemplis.

Dividitur hæc causa per accidens in eam quæ vel necessitate, vel fortuna efficit. Estqu illa, quam plerique remotam vocant: causan vero, quæ à remota impellitur, nominant proxi mam: Interim qualiscunque sit, fato hæc regi tur. Efficiens necessitate est, cum impellitur a effectum vi quadam externa, aut divina, aut hu mana.

Divina necessitas fato, ut dixi, agit, est fata lis illa necessitas, cum res aliter fieri non potest atque à Deo constitutum est intrà fatalem con tinuationem ordinis sempiterni. Cujus rei ex emplum occurrit in ante dictis & præcipuè in Manil. de creatione rerum 4. Astron.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
Longaque per certos signantur tempora cursus;
Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

Ita Tac. 6. annal. Cęterum plurimis mortalium non eximi, quin primo cujusque ortu ventura destinentur. Similiter Ovid. de mundi confla-gratione lib. 1. Metamorph.

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regio cœli
Ardent.

Sic Cicero excusat Pompejanorum causam, quod

quod fatali necessitate ad bellum civile impulsi non sint. At mihi quidem, ait, si proprium & verum nomen nostri mali quęratur, fatalis quędam calamitas incidisse videtur, & improvidas hominum mentes occupavisse: ut nemo mirari debeat humana consilia divina necessitate esse superata. Hoc argumēto Sybilla Palinuri querelam reprehendit: Dixerat Palinurus;

Da dextram misero, & tecum me tolle per undas,
Sedibus ut saltęm placidis in morte quiescam.

Cui Sibylla respondet fieri non posse, ut Stygiam paludem transmittat, quia fata obstant, in hanc modum,

Unde hæc, ô Palinure, tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemque severum
Eumenidum aspicies, ripamve injussus obibis?
Desine fata Deum flecti sperare precando:

Itaque sic Palinurus mansionis suę causa est, sed fato coacta.

Humana necessitas elucet in iis, qui ad aliquid efficiendum vi impelluntur ab aliis, ut ad pugnam vel injuriam sive ad necessariā corporis defensionem, qua necessitate Tityrus Virgilianus se excusat.

Quod facerem? neque servitio me exire licebat.

In hoc genere interdum numerantur causę, non quæ omnino violenta necessitate impelluntur, sed quæ quasi cogi &

impelli videntur: Nam mercator se tempestat coactum esse dicit, ut merces abjiceret, & pri vatus à tyranno se cogi, ut parentem aliumv interficiat: attamen neque tempestas, neque tyrannus necessitatem, sed quasi adfert, cum vehementer urgeat: sed quia sic usus fert, tali causa appellatur necessaria & coacta ex condi tione, ut Rhetores loquuntur, sine qua salv aut liberi esse non possumus.

Fortuna, quamvis à principe Fato depen deat, & eventus sit rerum à Deo provisarum tamen respectu hominis, qui non est omni sciens, rectè definitur causa per accidens, cum aliquid præter efficientis scopum, deliberatio nem & consilium accidit, indè dicta est à feren do, quod temerè & sine ratione feratur, hinc & cœca æstimatur. Fortunę nomen ignoratic causarum confinxit: Itaque causa latens & incerta earum rerum, quę pręter opinionem nobis accidunt, Fortuna vocatur: & ob ignorationem causarum à Poëtis Dea est nuncupata, cujus consilio ac prudentia mortalium res regantur: Undè non inscitè Juvenal.

Nullum Numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus Fortuna Deam, cœloque locamus.

Item Ovid. de Pont. 4.

Ludit in humanis Divina Potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.

Homi-

Hominis autem, ut dixi, respectu casus cum sit inopinatus, fortuna etiam rectè dicitur, hinc causa per accidens semper fermè impedit intentionem causæ efficientis per se, & plerumque causæ consilio agentis, uti in seqq. exemplis apparet. Sic casu fortuito (ait Tullius 3. de natur. Deor.) Pheræo Jasoni profuit hostis, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam sanare medici non poterant: Sic hostis curationis causa fuit fortuita: non enim sanare inimicum, sed necare volebat. Verum præter ejus scopum accidit, ut (providentia Dei ita ictum ejus moderante) vomicam ejus aperiret, ac sanaret. In hoc genere causarum imprudentia connumerari solet; dicitur imprudentia & fortuna, quia refertur ad casus fortuitos, & à consilio distinguitur hoc modo: Ut jacere telum in feram, est voluntatis & consilii: ferire autem quem nolueris, fortunæ: in isto consilium duntaxat adhibetur, in hoc autem fortuna prævalet. Hoc genere se Terent. excusat in Eunuch. Si peccatum id est, peccatum imprudentia est Poëtæ, non qui furtum facere voluerit: Ita excusat Ovidius culpam suam ob casum, quod aliquid fortuitò viderit, quod Cæsarem Aug. offenderit: memoratque similem casum Actæonis, qui cum in monte Gargaphiæ feras persequens nudam in fonte Dianam aspexisset, subi-

tò à Dea in cervum conversus, & à suis cani-
bus dilaniatus est, ut Ovid. 2. Trist. canit,

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam:
Præda suis canibus nec minus ille fuit.
Scilicet in Superis etiam fortuna luenda est:
Nec veniam, læso Numine, casus habet.

Hinc quoque sumitur deprecatio, qualis e
pro Ligario: Ignosce pater, erravit: lapsus e
non putavit: si unquam posthac. Et paulo po
Erravi, temere feci: ad clementiam tuam con
fugio: delicti veniam peto: ut ignoscas oro. Hi
Cicero per prosopopœiam fingit hominem a-
liquem imprudentia lapsum, & idcirco veniam
facti sui deprecantem.

Huc pertinet ac referri potest, l. 11. §. per
de pœn. ubi dicitur casu eum delinquere, qu
cum venando telum in feram mittere vellet
hominem interfecit. Item l. 3. §. final. cum l
seq. ff. de injur. Ubi traditur quod si quis volu
percutere servum proprium, & ex errore occi
derit alium liberum hominem, non teneri inju
riarum: ratio, quia non intervenit dolus, nequ
percussor habuit animum delinquendi, cum
dederit operam rei licitæ, correctionibus scili
cet servorum & venationi: Unde casu ab im
proviso ac fortuito excusatur: secus si rei illici
tæ qui

e quis operam dedit, ut abortionis vel damnatorum poculum præbens, unde quis alius præter intentionem prębentis damnum perceperit, vel mortuus sit: hæc tametsi dolo non fiant respectu tertii casu læsi, tamen cum factum sit illicitum ex dolo proficiscens: malique exempli es, is qui præbuit non excusatur, sed supplicio fficitur ordinario, l. 38. §. 5. ff. de pœn. Eodem modo: Qui Titium interficere volens Sejum interfecit, lege Cornelia tenetur, quia dolus n genere est consilio malo (uti in causa consilio efficiente diximus) agens, itemque animus adfuit occidendi, qui locum facit legi Corneliæ l. 1. §. 3. l. 7. 14. 16. ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. 1. & seqq. C. eod. tit. Itaque si dolus non adsit, exilio voluntario fortuiti casus luebantur, quod apud Græcos receptum fuisse, resp. Claud: Saturninus l. 16. aut facta §. eventus 8. ff. de pœn.

CAP. 3.

De Materia.

CAusam efficientem ratione ordinis materia excipit. Parat enim eam efficiens præparatque, ut apta sit ad recipiendam formam,

quę proximè ſequitur. Hoc autem materia cur forma commune habet, ut effecti eſſentiar conſtituat: Unde Ariſtot. Phyſ. 1. 9. materiar formæ συναιτίαν appellat.

Materia eſt cauſa, ex qua res eſt; eſt verò re rum omnium communis: Rerum quæ rever exſiſtunt, verè exſiſtens materia eſt: rerum fi ctarum ficta, adeò ut ſingulæ qualitates & cor poris expertes habeant materiam, ſic caloris frigoris, prudentiæ, fortitudinis, temperanti: datur materia, quam ſibi invicem communer à genere ſuo trahunt: Sic artis cujuſque materi eſt in ſuis præceptis. JCtis dicitur materia, e qua quid componitur l. adeò. §. cum quis D acquir. rer. dom. ſic in empt. vendit. res & pre tium ſunt materia, §. pretium. Inſt. De empt vend. l. 1. de contrah. empt.

Aliquando etiam per Catachreſim impro priè materia ſignificat id, quod ad agendun propoſitum eſt, ita Oratoris materia quæſti eſt: quæ poſtrema ſignificatio ad ſubjectorun locum pertinet. Hoc ſenſu verba ſępè à JCti intelliguntur καταχρηστικῶς, unde commune profluxit axioma, ſcilic. quod verba ſecundun ſubjectam materiam ſint intelligenda, quo autem pro ſubjecto materiam fermè indigitent liquet ex juris diſtributione è ſubjectis petita quando ſtatuunt jus, quo utimur, verſari circ:

pe:

personas res & actiones §. ult. Inst. de jur. nat. gent. & civil.

Materia vera & expressa cernitur iis in rebus, quæ sunt participes corporis, uti in ædificiis sunt ligna, tegulę, calx, arena, cęmenta, lapides, saxa, & similia quæ ex utilitate quærun-tur: hoc argumento regia Solis apud Ovid. describitur, quod auro, quod pyropo, quod ebore, quod argento ędificata esset 2. Metamorph.

Regia solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasque imitante pyropo,
Cujus ebur nitidum fastigia summa tenebat,
Argenti bifores radiabant lumine valvæ.

Sic naves fabricantur, ut ait Vegetinus, ex cupresso, aut pinu domestica, aut ex larice sylvestri, aut abiete & ex æreis clavis potius quàm ferreis: aut etiam ex leviori materia naves aliquando confici solent: Sic Cæsar 1. bell. civil. imperat militibus, ut naves faciant, cujus generis superioribus annis usus Britannię docuerat: carinę primùm ac statumina ex levi materia fiebant, reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur.

Sic locus à materia evidenti, vera, & expressa desumptus firmiter concludit tàm apud Philosophos, quàm JCtos affirmativè simul & negativè. Affirmativè ut est vinum & mel, igitur mulsum fieri potest, prob. conseq. §. si duor.

Inſt. de rer. diviſ. Nam exiſtente cauſa materia li, effectus quoque exiſtere poteſt, ut conſtat e princ. tit. Inſt. de inutil. ſtipul. Item negativ procedit ut aurum non eſt, ergò ſcyphi aure fieri non poſſunt. Et quod non eſt in rerum natura, in ſtipulationem deduci non poteſt, d. tit Inſt. de ſtip. Firmaturque axioma vulgata hac regula, ſublata cauſa materiali, & effectus tollitur dd. ll. adeò etiam ut ſi error ſive diſſenſu in contractibus circa materiam ſit, contractu ipſo jure nullus eſſe cenſeatur, ut ſi æs pro auro, ſtannum pro argento vęneat l. 9. 10. 11. & l. 41. ff. de contrah. empt. adeò etiam pro materia prędominante dictum axioma JCtis olim amplexi ſunt, ut Sabiniani dominium novæ ſpeciei ex aliena materia confectæ domino materiæ adjudicaverint, quod l. 7. de acquir. rer. dom. ſine materia, nulla ſpecies effici queat. Et quamvis Proculiani in contrarium diſſererent illum eſſe ſpeciei dominum, qui fecit eam, eo quod forma eſſet ſubſtantia rei cujuſque l. 9. D. ad exhibend. non tamen obtinuerunt, ſed media placuit ſententia Caji, l. 7. §. 7. Calliſtrati l. 12. §. 1. Pauli l. 24. 26. D. acquir. rer. dom. ſcilicet diſtinguendum eſſe, an ſpecies ad priorem materiam reſolvi poſſit, annon? priore caſu ſpecies nova ad dominum materiæ redibit, poſteriori pertinebit ad auctorem qui fecit:

quæ

quæ sententia à Justiniano approbata est. §. 25. Instit. de rer. divis. ratio differentiæ est, quia cum species ad materiam facilè revocari potest, videtur materia prævalere formę l. 19. cum aurum in pr. ff. de auro & arg. leg. l. 78. §. 4. de legat. 3. At cum ita extincta & mutata est materia prior ut reduci nequeat, jam formam & speciem prædominati æquum est, d. §. 25. cum ex aliena Inst. de rer. divis.

Et quia in ejusmodi rerum exquirenda natura materiæ consideratio est necessaria, in capiendis consiliis ac deliberationibus hæc quoque causa sibi locum vindicat: sic in ædificiis, navibus, & oppidis præcipuè materia quęritur, cui nec tempestas, nec caries, nec vetustas, nec hostilis machina nocere possit: sic in conficiendis lectis, statuis, mensis, scamnis, tapetis, vestibus, cæterisque rebus materia primùm solęt considerari: Et non ad deliberationem, sed etiam ad laudem adhibetur, uti regia Solis supra ab Ovidio commendatur: sic vasa ex ære Corinthio aut Deliaco, & Jupiter Olympius ex ebore, & gladius ex ferri qualitate, & res aliæ ex lapidum precio & honore laudantur. Ita ubique magnificenti sui Theatrum Scauri commendatur, cujus prima pars ex ebore, media ex vitro, summę columnæ ex tabulis inauratis constabant: & quod inter colum-

nas ſignorum tria numero millia diſpoſita eſſent.

CAP. 4.
De Forma.

CAuſæ primum genus eſt expoſitum in efficiente & materia: ſecundum ſequitur in forma & fine. Forma eſt per quam unaquęque res eſt id, quod eſt. JCtis definitur forma clariùs, utpote quę rei eſſentiam præſtat l. adeò §. cum quis ff. de acquirend. rer. dom. l. Julian. §. ſi quis rem ff. ad exhibend. c. tua &c. de ſponſal. Gręcis μορφὴ, ἰδεα, ἔιδος dicitur uniuſcujuſque rei ſpecies, & tanquam propria & naturalis nota, qua res quælibet perfectionem & abſolutionem ſuæ naturæ obtinet, inde forma Ciceroni idem eſſe videtur quod ſpecies, id eſt, pars generis. Sed malè, quod tanti viri pace dixerim, dum reperitur differentia. Nam propriè loquendo ſpecies eſt pars generis. Forma verò eſt cauſa, quæ cum genere ſpeciem format & conſtituit. Hiſce accedit quod alia relatio ſit inter formam & formatum effectum, alia inter genus & ſpecies, undè & non modo natura, ſed & vi arguendi inter ſe reciproca differunt.

Nam

Nam tametsi rei alicujus materia ita ab efficiente subigatur & præparetur, ut apta sit ad suscipiendam formam, tamen res ipsa non prius habet perfectam & integram substantiam, quàm forma materiæ accesserit. Sic homo est homo per animam rationalem, id est, formam suam. Homo non est homo per materiam ex qua constat: tunc enim bellua esset homo: utpote quæ eandem cum homine materiam obtineat: Et simul ac forma ab efficiente ingeneratur effecto formato, simul tempore existunt.

Formæ efficia duo sunt: unum, ut rem informet, & sic in natura tueatur, ut eá sublatâ res ipsa immutetur: alterum, ut rem, cujus est forma, à reliquis rebus distinguat: suis enim quæque res formis distinctæ sunt, quarum aliæ sub sensus cadunt, aliæ solo animo & cogitatione comprehenduntur: hinc non tantùm res corporatas & naturales, sed etiam incorporeas complectitur, ita JCtis in testamentis voluntas testatoris, & in contractibus atque obligationibus consensus forma dicitur: Eodemque sensu dein singulę contractuum species suis formis distinguuntur à se invicem: Item testamentum solenne septem testium, militare duorum, codicilli quinque testium numero formam distinctam recipiunt: ita rerum Physicarum, cœli, terræ, arborum, piscium sua forma est: forma quoque

quoque datur rerum artificialium, ædificiorum, simul qualitatum & quantitatum, exceptis quibusdam facultatibus, quarum pleræque vix ac ne vix quidem intelligi aut exprimi possunt, quas ob id facultates occultas Physici appellaverunt. Hujus causę privatione Chaos describitur in metamorph. ab Ovid.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos: rudis, indigestaque moles,
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaq; eodem
Non benè junctarum discordia semina rerum.

Descriptio est χάους, quod antè omnia fuisse narrat Ovid. ex sententia Hesiodi, & ex adjunctis circumstantiis chaos ipsum describit. Dictum est ἀπὸ τοῦ χαίνειν, id est, à desiscendo, quod antequam mundus esset, materia quædam in profundum hiaret. Hęc à multis vocatur materia prima: erat semen quoddam, ex quo res omnes procreatæ sunt. Hoc argumenti genere tota illius Poëtę metamorphosis ferè contexitur, uti initio indicat,

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora.

Hæc causa in rebus constituendis est princeps pars substantiæ, & verissimam cognitionem suppeditat; ut, si ipse Jupiter cum Pallade de re aliqua disputet, non excellentiorem neque divini-

diviniorem ſcientię cauſam poſſit requirere.
Undè videtur divinę ſapientiæ permultis in rebus reſervata, hominibus negata. Deus enim Ideas, id eſt, perfectas formarum notitias in ſe & in ſua ſapientia ab omni ęternitate habet, undè rerum ſenſibilium formas omnes procreavit. Namque homo in carcere corporis incluſus non modò aliarum rerum formas ſcientia & veritate non comprehendit, ſed ſuam ipſius formam, id eſt, animam rationalem vix ac ne vix quidem agnoſcit, cum magna inter Philoſophos ſit diſſenſio, quid propriè ſit animæ ſubſtantia: Hinc Scaliger rectè, vitreũ, ait, vas lambimus & pultem non attingimus, atq; ut vulpes eluſa à ciconia, ita cognitio noſtra humi repit, adeò ut, quod Plutarchus ait, reverà nullius eſſentię ſimus participes, ſed omnis natura mortalis in medio ortus & interitus poſita ſpeciẽ prębeat, opinionemq; obſcuram & inſtabilem ſui.

Interim in accidentalibus rerum omnium forma apertiſſimà elucet diſtinctione, quam JCti tanto cum cultu obſervarunt, ut formam materia pręſtantiorem eſſe reſponderint l. adeò §. cum quis de acquir. rer. dom. Quod & ab Ovid. dictum 2. metamorph.

Materiam ſuperabat opus.

Undè Labeo & Sabinus contendunt rem abeſſe cum abeſt forma, quia mutata forma
propè

propè rei & substantia perimitur, d, l. Julianus §. si quis rem ff. ad exhibend. & quod interitus rei nihil aliud sit, quàm separatio formæ à materia l. Seja §. item quæro de aur & argent. leg. l. 1. §. si convenerit. & §. si quis, de pign. Act. Hinc omissio formæ reddit actum nullum l. si procurator C. de procur. c. venerabili de offic. delegat. Nam qui formam prætermittit, jam aliud agere videtur l. diligenter in princ. ff. mandat. Et quod de ipsa substantia hic, idem de requisitis actus solennibus intelligendum est, cum ex solennibus nihil fit omittendum l. Divus ff. de in integr. restitutionib. Hæc forma solennium quoque est de substantia actus, undè eo omisso actus omninò corruit c. cum delicta de rescript. & c. Pisanis de restit. spol. Imo major est defectus formę quàm materiæ, l. certa forma ubi Joan. de Plat. de jur. fisc. 10. Paul. Castr. in l. si unius §. sic acceptilatio. de pact. Nec est locus huic regulæ: Si non valet quid ago, ut ago valeat, ut valere potest, si deficiat forma not. in c. unic. de postulat. prælat. in 6. Doct. & in l. 1. §. si quis ff. de V. O. Ita deficiente consensu contractus non subsistit §. 22. Inst. de inut. stip. neque interveniente voluntate testatoris, neque adhibito competente testiũ numero, destituitur testamentum Inst. & ff. quib. mod. rump. test. Sic alienatio rerum Ecclesiæ sine

for-

-rma præscripta à lege, item venditio rerum
-upilli sine forma legibus constituta nullam
-m & auctoritatem obtinent Clem. 1. vers. si
-nis, de reb. Eccles. non alienand. & l. magis
-ato §. ne passim ff. de reb. cor. qui sub. tut.

CAP. 5.

De Fine sive causa finali.

FInis est, cujus gratia res est, vel cujus gratia fit aliquid. Finis nomen translatum videtur -sse à terminis, quibus res concluduntur: ad fi-em enim causæ reliquę referuntur, & unaquę-ue res suo fine comprehenditur, & quàm latè -atent cæterę causæ, tàm latè patet finis. Inte--im ad omnes omnium rerum fines intelligen-os (qui sæpe sunt varii) unica finis definitio -atis superque sufficit. Quicquid enim est, cujus -ratia res est, id finis est. Utrùm autem illud -ummum sit, an subordinatum, universale an -peciale: hæc consideratio ad inventionem sive -opicam generalem non pertinet, sed ad in-feriores rerum ipsarum disciplinas. Unde hæc causa omnium nobilissima est, & ad quam cæteræ diriguntur: ut qui sit eam consecutus, reliquas omnes sit assecutus: sic Physicis rebus finis

finis est homo propositus: homini Deus: na
homo creatus est propter gloriam Dei: Dei it
que gloria est finis homini propositus: sic do
mus perfecta est & finem suum adipiscitu
cum inhabitatur: bellum geritur, ut vivatur in
pace, vel ut ex hoste victoria reportetur: si
beatam vitam Philosophi finem bonorum ap
pellant, quo omnia consilia & rectè facta ho
minum referri debeant. Hoc modo omniu
artium est aliquod summum bonum, & finis ex
tremus: ut Grammaticæ benè loqui: Rhetori
cę benè dicere; Logicæ benè disserere. Juris
prudentiæ finis, ut benè regatur Respub. quo
magnificè exprimit Imperator Justinianus i
prooem. Inst. hisce verbis, ut utrumque tem-
pus & bellorum & pacis rectè possit gubernari
& Princeps Rom. non solùm in hostilibus præ
liis victor existat, sed etiam per legitimos tra-
mites calumniantium iniquitates expellat: &
fiat tàm juris religiosissimus, quàm victis ho-
stibus triumphator magnificus: Ita bellum sus-
cipitur propter pacem ut finalem causam. Sic
Juno 9. Æneid. Trojanis infensa, cum eos in
Italiam prosperè navigare sensisset, ad eos ve-
xandum, & tempestate disjiciendum contulit
se ad Æolum ventorum regem, & vexationis
pręmium Æolo pollicetur Dejopeiam nym-
pham conjugem, donumque ipsum duplici fi-
ne con-

fine conjugii amplificat, solatio vitæ & pulchra prole, in hunc modum:

Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ,
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopejam
Connubio jungam stabili, propriamque dicabo,
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem:

Sic Dido apud Virgilium ait, Æneam Veneris & Anchisæ filium non esse, sed Caucasi montis & Hircanę tygris, ut duritiam & perfidiam ejus coarguat:

Non tibi Diva parens generis, nec Dardanus author
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hircanæque admôrunt ubera tygres.

Hoc argumentum in deliberationibus accusationibus ac defensionibus valde utile est: Imo in demõstrationibus ut & in didascalicis & quolibet causarum genere, quod & ipsa vox (scilicet causæ genus) apud Rhetores usitata indicat; cum singula causarũ genera ad scopum & finem suum tendant & dicentis intentione & rerum subjectarum natura, affectionevè. Hoc argumento in defensione Ligarii Cicero Tuberonem accusatorem urget, cum armorum contra Cæsarem susceptorum finem premit, & consilium: Certè (ait) contra ipsum Cæsarem congressus est armatus. Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie pharsalica gladius

agebat? cujus latus ille mucro petebat, quis ſenſus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? nimis urgeo: commoveri videtur adoleſcens, ad me revertar. Iiſdem in armis fui. Quid autem aliud egimus, Tubero, niſi ut quod hic poteſt, nos poſſemus: ſic voluntas ex fine, poteſtas ex efficiente colligitur.

Hic Oratoriæ inventionis primus fons eſt ſcilicet cauſarum maximus & uberrimus, unde omnis ſcientia rerum divinarum & humanarum promanavit ſolida, conſtanſque cognitio, & demonſtratio promitur. Nam ſi artes diligenter explicandæ ſunt, ſi bellum gerendum eſt, ſi deliberandum de pace, ſi quid denique judicio & ratione ęſtimandum vel explicandum, cauſæ nobis conſiderandæ & perſpiciendę ſunt. Vnde Cicero cum de Mithrydatico bello diceret, cauſas ejus diligenter omnes excuſſit, finem primum, gloriam populi Romani, ſalutem ſociorum, vectigalia publica, tum facultates efficientium cauſarum primùm ex Mithrydate, quantum bellum ſit, quod conjungant duo potentiſſimi Reges Mithrydates & Tygranes, renovent agitatæ nationes: deinde ex Pompeio vires Romanas opponit, quod in hoc Imperatore ſit ſcientia rei militaris, virtus, authoritas, felicitas. Item pro Milone, finem Clodio ne-

candi

candi, Milonis posuit spem consulatus, atque impunitatis, & efficiētes causas meditatę cædis, quod Clodius esset expeditus in equo, quod stipatus barbaris servis. Et pro Roscio Amerino, removet omnes causas parricidii, ut suspicionem quoque tanti facinoris removeat: denique nulla disputatio erudita existet, quę non exquisitum illud ex causis docendi genus sequatur. Et tum tandem verè propriéque scire judicamur, cum rei causas penitus cognoscimus. Ideoque, ut ait Poëta,

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,

& rectè Persius, cum homines ad suiipsius cognitionem excitat, ait,

Discite& ô miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quàm mollis flexus et undè.

Ex hac causa finali JCti egregia depromunt axiomata efficacia satis & utilia hoc modo, cujus est bonus finis. ipsum quoque bonum esse oportet, l. si non sit §. 1. perveniamus ff. de aur. & arg. leg. & l. receptũ ff. communia prædior. l. si quis. de re milit. l. non intelligitur. §. quando de jur. fisc. sic Abrahamus quia fide justificatus est, ergo credidit, tale est hoc arg. Stychus Pamphylum bonorum omnium heredem fecit, ergo charum illum sibi habuit.

Item illud, concesso fine omnia conceduntur

tur, quę ſunt ad finem neceſſaria c. prætetea. c. prudentia §. ſexta de offic. delegat. tale eſt & aliud in contrarium axioma, medio ſublato, ſine quo ad finem perveniri non poteſt, & ipſe finis ſublatus intelligitur, ſic extincta querela, per quam ad hæreditatis petitionem pervenitur, & ipſa hæreditatis petitio ſublata intelligitur, l. ſancimus §. ult. C. de inoff. teſtam.

Tandem & hoc in cauſa finali, quæ eſt habitudo erga ſuum effectum, addam, ſimul probabo locum cauſæ finalis ab efficiente, & aliis (quod multi ſuſtinent negativè) ſeparari ac diſtingui. Quia quicquid eſt διότι, vel reſpondetur quæſtioni διότι, id eſt cauſa: (cauſa enim omnis & ſola διότι dicitur, id eſt, cujus vi res eſt) at verò finis eſt διότι, vel reſpondetur quęſtioni διότι, ergo cauſa finalis eſt diſtincta cauſa, major & minor probantur ex Ariſtotele Phyſ. 2. 3. Phil. 8. 2. & exemplo quod ibid. Ariſtot. proponit, & ſimul ipſa rer. experientia, ſcilicet quod ſit cauſa finalis διότι, cujus vi effectum exiſtat, exempli gratia, ſi quis ex te quærat, quam ob cauſam ambules, reſpondebis, vel ut convaleſcas, vel ut in acre ſereniori te oblectes, ſive eo fruaris, vel ut potius corpus exerceas, torporemvè diſcutias. Itaque vis cauſę finalis peculiaris, qua ab aliis cauſis diſtinguitur, hiſce verbis (cujus gratia, ſive cujus cauſa) exprimi-

tur. Undè Plato finem appellat αἴτιον πρὸς ὅ, id est, causam ad quam, aliisque particulis designat ut, propter, quo, referri, nc. Ne autem est nota illius finis, qui in mali alicujus depulsione versatur. Aliquando impropriè dicitur finis intentione, qui primus, & finis executione, qui postremus: nam tametsi ejusdem finis duplex sit consideratio, una, quatenus ab efficiente intenditur, altera, quatenus per effecti formam adquiritur, tamen non cogitatio de fine, sed illud quod cogitatur & intēditur, id est, cogitationis istius & intentionis objectum est causa finalis quod illustratur exemplis ut supra. Ita sæpè forma æquè ac finis priùs est in cogitatione efficientis, quàm rei ingeneratur: non tamen ob hanc causam agendi modo in systemate præponi debent. Nam quò quicquam intentione prius est, eò actu & ordine causandi est posterius, quod trad. Aristot. Phys. 2. 9. Finis principium est non actionis ipsius, sed consultationis, scilicet de actione suscipienda.

De singulis causis & earum generibus satis abundevè dictum est: Præstantiam, excellentiamque causarum finis sibi vindicat, quamvis ordine postremus, tamen princeps intentione, tametsi in agendo scil. in rebus contra accidit. Materia enim est priùs in ædificando, quàm architectus ullum opus faciat: Forma succedit,

tandem ædificio utimur, & operis fine frui mur. Itaque in rerum ipsarum effectione & molitione, quę jam constitutę & absolutæ sunt materia primùm sese offert, deinde efficiens tum forma accedit: postrema est finis; sic enim antecedentibus in consequentia suum quodammodò jus est.

CAP. 6.
De Effectis.

DOctrina causarũ tradita, sequuntur ordine suo Effecta. Effectum est, quod è causis existit, hinc quicquid vel à causa, vel ex causa, vel per causam, vel propter causam constituitur, id dicetur effectum. Effectum etsi nomine & voce videatur efficenti duntaxat respondere, tamen sensu & significatione generatim sumitur non solùm pro effecto efficientis, sed etiam pro effecto materię, effecto formæ, effecto finis: Nam finis alliciendo, & forma rei naturam constituendo, & materia patiendo etiam adhibentur ad effectum: indè causa ex effectis, & effecta ex causis relatione mutua exquiruntur. Hinc effectum rectè definitur, quod è causis existit. i. quod vi causarum, sive quod ab effici-

ciente ex materia, per formam, propter finem existit, è causis autem dicimus potius, quàm è causa, quoniam ex omnium causarum conspiratione & concursu effectum existere soleat. Quod ut de rebus motu factis perspicuum est, ità etiam de motu ipso verum est, nam species, in quas distribui effectum potest, nullæ sunt; hinc est, quod unius puta efficientis effectum est, sit etiam effectum reliquarum causarum ut materię, formæ, & finis; & quod materiæ effectum est, idem quoque efficientis, formæ, & finis. Unicum enim & simplex effecti genus est, quod quatuor generibus causarum respondet; quamvis negari non possit his omnibus variari & distingui posse, quatenus ad causas singulas seorsim refertur, ut vel arguat eas, vel ab iis arguatur: & quamvis nulla sint vera effecti genera, ubertas tamen per magna modis quibusdam distingui potest in motu, in re motu facta, ejusque usu & officio.

Itaque effectum id est, quod vi causarum producitur, sive moveatur quolibet modo, sive gignatur, sive corrumpatur. Itaque ad effecta motus & res motu facta, generatio, & corruptio pertinebunt; quia motus est illa causarum operatio sive effectio, per quam res aliqua producitur & efficitur. Et generatio est conjunctio formę cum materia ab efficiente ad fi-

nē instituta, sub qua generatione simul augmentatio, novæ quantitatis generatio, & alterati, novæ qualitatis generatio, & loci mutatio, species simul comprehenduntur. Corrupti huc quoque pertinet, quia cum res corrum dicitur, forma à materia divellitur, adeò quod vi generationis in unum coaluerit, id co uptione distrahatur atque dissipetur.

Huc facta simul, & dicta, scripta, laudes, vituperationes referūtur, quorū pleni sunt libri sacri & profani. Facta Hor. cum aliquot ebrietatis caussas memorasset, describit hoc modo:

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem:
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes.
Fœcundi calices, quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?

In laudatione autē & vituperatione, quid forti atque excelso, aut contra inconsulto & præcipiti mentis impetu factum sit, nisi ex effectis, fine & distinatis judicari non potest; ut si quis Achillis cessationem in bello Trojano vituperare vellet, quod ira impeditus militiam detrectaverit, aut laudare, quod magno vir animo indignissimā Patrocli cædē ab inimici vindicaverit injuria, ab eventis causisque simul arguentibus, necesse est, argumentum ducat.

Eodem modo dicta, scripta, laudes, facta diser-

lisertissimor. tractantur ut Xenoph. cujus ore musas ferunt locutas: Et Platonis, qui divinitus scripsit: Et Periclis, in cujus ore musæ sessitârunt: & Aristotelis, qui à Cicerone flumen aureum fundens dicitur. Sic commendantur Romulus, qui principem gentium Urbem condidit: Cicero, qui Rempub. conservavit. Econtra in Clodium, Pisonem, Catilinam, Gabinium, Vatinium, Antonium, perniciosos Reip. principes variæ sunt Tullii & vehementes & acerbę reprehensiones ex eor. vita atque factis; qua de re Ciceronis in eos orationes legantur.

Ad hunc locum etiam referuntur consilia & deliberationes, etiamsi omninò ad exitum perductæ non fuerint: Ut e.g. Permenionē & Philotam interfici datoq; signo saxis obrui jussit Alexander propter suspicionem conjurationis, ut Curtius & Arrianus scribunt. Eademque de causa in Lentulum, Cethegum, cæterosque Catilinæ populares deprehensos Romanus Senatus animadvertit. Hujus conjurationis consilium describitur prima oratione Ciceronis in Catilinam: deprehensio oratione tertia: supplicia conjuratorum in historia Sallustii.

Itaque ad locum effector. pertinent quoque pœnalia judicia, quorum egria prodidit exempla JC. Claud. in l. aut facta ff. de pœn. Ita enim loquitur JC. in lege allegata aut facta

16. de pœn. Puniuntur aut facta, ut furta, cædesque, aut dicta, ut convitia & indæ advocationes: aut scripta ut falsa, & famsi libelli: aut consilia, ut latronum conscienti, & conjurationes. Horum atrocitas crescit v minuitur ductis argumentis à causa, person, loco, tempore, qualitate, quantitate, event à causa, qua magistratuũ & parentum emend tiones ab extraneorum injuriis separantur; persona, cum ætatis ratio habetur, & ejus q fecit, & ejus qui passus est: aliter enim puniuntur ex iisdem facinoribus servi, quàm liberi: aliter qui quid in dominum, parentemvè, v in magistrum, quam qui in extraneum sivè i privatum ausus est. Locus sive sacer vel pro phanus etiam facit, ut idem vel furtum, vel sa crilegium sit, & capite luendum, vel minor supplicio. Tempus discernit emansorem à fu gitivo, & effractorem, vel furem diurnum nocturno. Argumentum deducitur à qualitat facti, qua furta manifesta à nec manifestis, rix à grassaturis, petulantia à violentia, expilatio nes à furtis distinguuntur: Quantitate, qua furem ab abigeo discernit: Eventu etiam, qu voluntariæ insidiæ à fortuitis casibus distinguuntur. Item ex eventu delicta frequenter grassantia durius puniuntur, uti in Africa messium incensores, in Mysia vitium. d. l, 16. Interim

quamvi

uamvis delicta crescant, & minuantur ductis circumstantia eorundem argumentis, tamen atura & operatione sui referunt & testantur ffecta delinquentium, undè sub topico effectorum comprehenduntur, & comprehendi lebent, potioris partis habita ratione. Hæc argumenta ab effectis, & respectivè à causa efficientè deducta maximam vim & autoritatem ion modo in omnibus disciplinis, sed etiam in ure obtineut, ut si mutuum fuit, translatum quoq; dominiũ est in accipientem l. 2. §. appellat. ff. si cert. pet. unde & econtra axioma illud profluxit: cessante causa efficiente cessat effectus l. adigere §. quamvis, de. jur. patron. Exemplum est, nuptiæ consensu contrahuntur tanquàm causa efficiente l. nuptias de R. J. ergo si consensus non interveniat, non erunt nuptiæ in prœm. §. 12. Inst. de napt. item ab effectis & illa sunt axiomatica, si peperit, cum viro concubuit &c. Cujus est naturæ effectus, ejusdem est causa efficiens. Et talia sunt principia, qualia sunt ea, quæ ex ipsis principiis oriuntur, nam si effectus justus est, igitur & causa, qualitas enim effectus qualitẽat causę ostendit l. cujus effectus de R. J. l. aufidius §. 1. in fin. De legat. i. ut si causa efficiens laudanda ut bona, effectus quoque laudandus est.

CAP.

CAP. 7.
De Subjectis & Adjunctis.

SVbjectum & Adjunctum sunt argumen modo quodã consentanea: quia consentiu illa quidem, sed leviori ratione. Subjecta sun quæ adjunctis subjiciuntur: adjuncta quæ sub jectis adjunguntur. Definiuntur que mutua re latione, quam erga se invicem habent; und cum doctrina & communis sit, & mutua rela tione sese invicem explicent conjunctè melius quàm disjunctè cognoscuntur, & sese invicem ponunt ac tollunt, quod & de tempore ac loco simul intelligitur.

Subjectum enim per se cen sideratũ sumitu pro corporea substantia, sive pro re omni è causis constituta; & quatenus rem sibi adjunctam habet, uti hic consideratur, per naturã adjuncti debet explicari, cum ex causis essentiam & perfectitatem sui res subjecta acceperit. Aristoteles substantiam, quam οὐσίαν græci, Plato essentiam, R. Agricola rectius subjectum appellat, in primam dividit & secundam: ac primam eam constituit, quę inquirentium sensibus primum sese offert, mentisque cogitationem à particulariũ cognitione ad generalia prove-

povehit, cujus generis sunt singularia ac individua, ut hic homo, Plato, Cicero. Secunda complectitur ea, quæ primę sunt proxima, ut homo, ut animal, quæ omnia ut melius spectentur, quasi in tabula proponam,

Substantia est vel incorporea, ut	Deus, Anima.
Vel corporea quæ simplex, ut	Ignis, aër, aqua, terra.
Vel mixta est, uti	Fulmina, Fumus, &c.
Corpus rursus mixtum est inanimatum, ut	Lapides, Gemmę.
Animatum est non sentiens, ut	Truncus, Fruticus.
Vel sentiens quod irrationale, ut	Leo, Asinus.
Vel rationale, ut	Plato, Socrates, Cicero.

Hęc ex Aristotele & à Peripateticorum secta Illustrandi magis gratia desumpta sunto.

Porro hic illud est animadvertendum, adjuncta non constituere essentiam subjecti, sed ad subjectum extrinsecus accedere, postquam subjectum è causis suis constitutū est. Pertinetque huc præcipue locus, id est, spatium rei locatæ. Nam spatium illud, quod à longitudine

latitu-

latitudine, profunditate corporis occupatu, & repletur, est locus corporis. Hoc modo te ra hominum, mare piscium, aer avium solur. id est, subjectum ab Ovidio dicitur;

Omne solum forti patria est, ut piscibu æquor:
Et volucri vacuo quicquid in orbe patet.

Sic corpus est subjectũ quamtitatis, qualitati ut proceritatis, paruitatis, valetudinis, robori pulchritudinis &c. ita laus & vituperatio à pa tria civitate, regione, ut subjecto petitur: sic ani mus est subjectum virtutis, vitii, solertiæ, in itiæ &c. Imo singulæ qualitates, ut eruditè D Timpellus hoc loco differit, resque incorpo reæ alicui subjecto loco adjunguntur. Res fict fictum habent locum: Locus igitur non est re rum physicarum & corporearum proprius, se universarum, sivè entiũ sive non entium com munis: nihil enim est, quod non sit alicubi: quo si sit alicubi, in loco esse necesse est.

Porrò hic notandum, quod subjecta habean firmam refutatiouem adjunctorum, hoc est constans est ea enunciatio vel argumentatio quæ subjecta removet, ut adjuncta moveantur. Sublato enim subjecto tollitur adjunctum, non contra & illud tritum est, quia subjecta existe re possunt sine adjunctis; accidentia verò sine subjectis non possunt, dum in alio existentiam habent. Hinc non entis nulla sunt accidentia,

sic Ci-

Cicero apud Attic. arguit mortuos miseros n esse, cum nulli sint, neque alicubi existant, Pythagoræ auditor Numa esse non potuit, um tempore Numæ natus non esset, sic Cice- dicitur Cęsarem manu sua non interfenisse, i Romę non esset. Hinc illa efficacissima a- id Ictos juris & de jure pręsumptio ex l. opti- am C. de contrah. & com. stipul.

Hactenus generalem subjecti doctrinam pre- isisse sufficiat, sed quia, ut dixi, mutua relatio- e sese invicem explicant, adjuncta subjunge- ius, quorũ distinctio sive differentia est triper- ta. Nam cum adjuncti natura sit, ut aliquid si- i subjectũ habeat, cui adjungatur, ita subjectis es adjunctæ erunt ut in his insint, aut circum- ent tantum, aut ut circa hęc occupentur vel ersentur, prout exemplis infra declarabimus.

Adjuncta quæ insunt.

Primo genere animæ adjunguntur virtus &c. doctrina, mores patriæ, educatio & id genus a- ia, Item animi corporisque & totius hominis bona & mala quæ dicuntur, adjuncta sunt ani- mi, corporis, hominis: Ita terræ adjunguntur arbores, cęlo stellę, aquæ pisces &c. Simili mo- do in jure Civili pubertas naturalis est de adjũ- ctis, quę insunt matrimonio, ętas minorennis & impotẽtia semetipsũ tuendi est de adjunctis, quę

tutelæ

tutelæ insunt; Et tutelæ requisita, ut sunt satisdatio rem pupilli salvã fore, juramentũ, inventarii confectio sunt de adjunctis tutelæ, cũ insint tutelę: item justa ætas, sani mores, ac sensus integri sunt de adjunctis propriis, quę ultimis voluntatibus & contractibus insunt.

Et quia bona generis, patriæ, animi & corporis in adjunctis, quæ subjecto insunt, retulimus, ex re erit hic adjicere, quomodo Genus, Natio, Sexus, Ætas, Educatio, habitus animi & corporis, ac fortuna sivè vitę status in adjunctis considerentur, hæc enim sunt illa, quę vulgo vocantur personarum loca.

GENUS magnam ad honestè turpiterque vivendum occasionem materiamque præbet, quia eorum fermè, quorum induimus naturam, mores referimus. Sicut enim in jumentis virtutis commendationem adfert parentum vel magnitudo, vel laterum firmitas, pernicitasve vel corporis pulchritudo, ita etiam in hominibus parentum nobilitas magnam laudis nobilitatem liberis parit: sæpè enim de natis judicatur ex parentum naturis & moribus: Hinc frugi esse filium, qui probo parente sit prognatus, JCti præsumunt in can. si quis cum militibus dist. 6. quæst. 2. in can. si gens dist. 56. Hoc loco res præclarè à majoribus gestæ proferuntur, item à prodigiis & miraculis, si quæ nata-

lem

lem antecesserint.

IN NATIONE proprii sunt gentium singularum mores, & laudi & reprehensioni sunt opportuni. Argumenta hujus rei apud Ciceronem sunt, Gallorum in oratione pro M. Fontejo, Græcorum Asiaticorumque pro L. Valerio Flacco: Et pro L. Muræna, Asia luxuriæ suspicionem præbuit: offert enim argumentum virtutis vel vitii natio l. quod si nolit §. qui mancipia ff. de ædilit. edict. sic Paulus Cretenses mendaces vocavit, & pro ingenita levitate Græculi & Galli vani habentur. Itaque in deliberationib. & actionib. publicis, quid expetendum, quid fugiendum sit, hinc ducta argumenta indicant.

SEXUS affectionem animorum arguit, sic credibilius in fœminę beneficium, latrocinium in viro. In exhortationibus admirabilior est in fœminis, quàm viris virtus, ut in Cloëlia, Lucretia, Cleopatra, Agrippina, & in Amazonibus. In civilibus quoq; negotiis sexus discrimen facit l. fœminæ de. I. R. ita Paulus argumentatur à sexu, quod persona dum mulier est, in Ecclesia loqui non debeat: Item SC. Vellejano mulier prohibetur pro alio intercedere.

ÆTAS alia alios habet mores & affectus, ex quibus dignoscatur: Cicero pro Roscio crimen parricidii ab ætate refellit. Spectatur enim

uti ante diximus, in tutelis, curationibus, ac in integrum restitutione & reliquis contractib. etiam in pœnis l. infans ff. de sicar. l. sed etsi §. injuriã ff. ad leg. Aquil. l. quod infans ff. de R. V

EDUCATIO disciplina & victus non levia sunt morum experimenta. Nam cum omnis ratio atque institutio vitę communem hominum societatem desideret, non levem innocentiæ opinionem populo adferunt, quorum ætas atque studia ab iis sunt informata, in quibus animi magnitudo & excelsitas virtutisque splendor illucescit. Inque hac educatione spectatur ingenium puerile, indoles, docilitas, institutio atque cura parentum & præceptorum & quomodo vitam agerit, & apud quos, quibus usus pręceptoribus, quibus æqualibus, quibus studiis, quib. artibus delectatus. Ab hac educatione Cicero probat M. Cælii adolescentiam castè integrèque conservatam esse. Catonem natura mitem atque admirabilem, Stoica tamen disciplina factum duriorem: Hinc Cicero factam à Verre injuriam Reipub. dicit quod liberos ille suos ad fœdissimas voluptate potiùs, quàm ad majorum instituta atque civitatis disciplinam informaverit. Porro nihil ad effingendos mores efficacius est prima illa institutione arg. l. qui filium ff. ubi pupill. educar. deb. l. Ædiles §. quid verò ff. de Ædilit

edict

edict. in Auth. de monach. col. 1.

HABITUS & animi & corporis non minus in civilibus controversiis ac naturalibus tractatur disceptationibus: ab animi & corporis habitu insidiarum argumenta ducit Cicero pro Milone: & libri Galenici de temperamentis deducuntur.

Ad sola autem animi bona pertinent indoles & bonitas naturę, docilitas, ingenii celeritas, memoria, eruditio, probitas, integritas, pietas, humanitas, benignitas, moderatio, prudentia, cætereque virtutes; & qualis quis fuerit in patriam, in parentes, in uxorem, in liberos, in amicos, in collegas, in cives, in peregrinos, simul qua fide, qua continentia, justitia, qua fortitudine in rebus adversis, & qua moderationem in summis opibus, in magistratu gerendo & in prosperis fuerit. Nec alia proinde res hominis existimationem commendat, atque moderatæ animi cupiditates ac mores benigni. Ita modestinus in testibus l. scire §. ult. ff. de tutorib. & curatorib. dat. monet fidem, integritatem & mores spectare oportere, quemadmodum & in tutelis §. ult. Instit. de suspect. tutorib. & curatoribus. Quo simul referuntur affectiones illæ, quibus mens humana percita, naturæ legibus reluctatur, ut ira, dolor, metus. Unde & consuetudo huc pertinet, quæ est quasi altera

natura, per quam ſtudia in mores abeunt: ſi Cicero in orat. pro L. Sylla monet omnibus i rebus, quæ majores gravioreſque ſunt, quo quiſque voluerit, cogitârit, admiſerit, non e crimine, ſed ex moribus ejus qui arguitur, eſſ ponderandum: neque enim poſſe quenquan noſtrûm fingi, neque cujuſquam repentè vitan mutari, aut naturam converti exiſtimat. Huju porro generis ſunt invidia, ambitio, dolor, mi ſericordia, amor. Magnus eſt hujus loci uſu in civilibus criminalibuſque cauſis l. quicqui calore de. R. I. Nam affectus aut augent, au minuunt culpam l. Grachus C. de adult. l. ve rum contra C. de furt. Ita Cicero Deotarur regem defendit hoc modo, ab animi virtutibu compoſitis & vitior ſive contrarior ſimul re motione: Dejotaro non alius aut conſiderãtio aut rectior aut prudentior eſt: inſidiarum igitu facinus in eum cadere non potuit, ſobrius & continens eſt, igitur nec ebrietati, nec ſaltatic ni opportunus: magno animo eſt & erecto nec unquam ſuccumbit inimicis, ne fortun quidem: alienus igitur à vindicta &c.

AD HABITUM, ſive bona malavè coi poris pertinent ſenſus membraque integra a vitioſa, ſimul forma, valetudo, vires, velocita palæſtrica, ſaltatoria, gladiatoria, equeſtris, p deſtris, muſica & mechanica, pingendi ars. &

IN FORTUNA alicujus ſpectatur, dives an pauper, in conditione liber an ſervus. Continetque hic locus perſonarum qualitatem, in qua magnæ crebro & graves controverſiæ vertuntur cum civilibus in cauſis, tum etiam in criminalib. actionib. l. quædam & l. aut facta §. perſona ff. de pœn. In conditione quoque indebiti qualitas perſonę facit diſcrimen, ut Paulus refert l. cum de indebito ff. de probationib. Ad hunc fortunæ locum referuntur officia varia, ſimul opes, honores, auctoritas, amicitiæ, liberi, propinqui, quæ ſunt adjuncta comitantia & circumſtantia, cujuſmodi etiam generis ſunt argumenta deſumpta ab iis, quæ poſt mortem extiterunt, ut ab honorib., à pompa funebri, à fama, à literar. monumentis &c.

Etiam huc multa pertinent, propriæ rerum affectiones, ex quibus nonnunquam certæ firmeque probationes eliciuntur, ità proprium ſalvatoris Chriſti officium eſt, undè etiam Deus dignoſcitur, creare & exuſcitare mortuos, Magnetis proprium, quo diſcernitur, ferrum trahere: ſic homini facultas loquendi & ridendi ineſt, Lupis ululandi, canibus latrandi, in leone rugiendi ineſt, in tygre runcandi, in urſo uncandi, in aprò frendendi, in cervo glocitandi, in tauro mugiendi, in equo hinniendi, in ove balandi, in capro mutiendi, in angue ſibilandi,

in avibus similiter propriæ quædam affectione insunt, ut in paro tinniendi, in turdo trutilandi in sturno pilitandi, in perdice cacabandi, i cygno dransandi, in accipitre pipandi, in milu lippiundi, in gallo cucuriendi, in pavone pu pillandi, in hirundine trinsandi, in corvo croci tandi, in ciconia glotorandi, in passere pipier di, in cuculo cucullandi, in cicada fritiniend in ape bombillandi, in vespertilione stridendi.

2. Huc etiám refertur tota physiognomorur ars & doctrina, quæ in hoc penè argumen genere versatur, quæ nihil aliud est, nisi divina tio de affectibus animorum ex adjunctis exter nis corporis, ut colore, habitu, figura, lineamen tis, ex quibus probabilem aliquam conjectu ram de moribus hominum facimus: Sic Cicer jocatur in Chæream hominem fraudulentun ex habitu corporis, quod sit rasus; De fanni Chærea sic loquitur: Nonne ipsum caput, & su percilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? Nonne ab i mis unguibus usque ad verticem summum, quam conjecturam affert hominibus tacit corporis figura, ex fraude, fallaciis, mendacii constare totus videtur? qui idcirco capite & su perciliis semper est rasis, ne pilum ullũ viri bon habere dicatur. Sic Martial. ex quatuor adjũcti corporis conjicit Zoilum esse hominẽ malum

Crin

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus
Rem magnam præstas Zoile, si bonus es,

Ita Cęsar non ab obesis sed à macelentis ut proditionem molientibus sibi metuebat, ut de Lepido & Antonio constat. Item Maximinus Imp. Herodiano teste ob insignem & portentosam magnitudinē pro bardo est habitus. Hoc est quod Galenus, Hippocrates, aliique Physici & Medici statuunt, scilicet in corporum vitiis sępè vitia animi & morum habitare: Pythagoras quoque existimabat corporis structuram similem esse structurę animorum, & distorta membra esse effectum, atq; adeò testimonium animi pravis affectibus distorti; rarissimèque in forma abjecta generosam mentem habitare: hinc Aristot. in ore crebrò id proverbium habuisse fertur: Cavendi quos Natura notavit.

Item ex moribus patriæ virtutes & vitia hominum ut dijudicantur, ita Paulus Cretenses mendaces vocavit, & pro ingenita levitate Gręculi & Galli vani habentur: Sic plerumque res ex locis, in quibus nascitur aut reperitur, indicari solet, Virgil. in Bucol.

Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluviis, abies in montibus altis.

Et 1. Georg. *Nonne vides, ut Tmolus odores,*
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
Et Calybes duri ferrum, virosaque Pontus

Castorea, Eliadum palmas Epeirus equarum.

Item 2. Georg.

Fluminibus salices, crassique paludibus alni
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni:
Littora myrtetis gratissima, denique apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi.

Eodemque argumento merces à mercatoribu laudantur, quando eas laudant ex locis, ubi reperiuntur, & undè exportantur, ut vinum Falernum à monte Falerno, & Tarentinam lanam à Tarentinis pascuis.

3. Huc pertinet signa, suspiciones, conjecturæ, id est, innumerabiliũ rerum notę, cujusmodi sunt ea, quę rem pręcedunt, ut cædem apparatus, colloquium, locus, & quæ sunt cum re ipsa, ut cum cæde pedum crepitus, strepitus hominum: & quæ rem sequuntur, ut cædem pallor, tremor, rubor, titubatio talibus adjunctis & indiciis Venatores feras perscrutantur, Judices de rerum factis suspicantur, Astrologi de pluvia, tempestate, serenitate & cęteris aëris affectionibus augurantur: Unde sunt illa prognostica, — *vento rubet aurea Phœbe,*

Et Cornix plena pluviam vocat improba voce.

Et Medici partem suæ artis σημειοτικὴν appellant, quæ de signis morborum sanitatisque disputat. Huc referuntur proindè pręsumptiones juris & facti tam in civilibus, quam cri-

criminalib. causis, de quibus infrà in loco de testimoniis amplissimus differendi campus erit.

De Adjunctis quæ rem circumstant,

Adjuncta, quæ rem circumstant subjectum, in scholis circumstantiæ appellantur, eo quod non in ipsa re insint, sed saltem eam circumstent. Sic deductio in domum mariti, solennitas, pompa sunt de adjunctis matrimonium comitantibus, non autem de ipsa essentia, cum solus consensus matrimonium constituat l. 27. C. de nupt. Ita testes in obligationibus & apochis sunt de adjunctis, cum regulariter Chirographum adversus scribentem probet. sic Dido regina Carthaginensium manè venatum proficiscens apud Maronē magnifice depingitur, primùm à jubare exorto, & à circumstante comitatu juvenum, retium, equitum, canum, sonipedis: deinde ex circumstante habitu & ornatu corporis chlamyde, pharetra, corymbo, fibulis. Qua de re poëta 4. Æneid.

Oceanum interea surgens aurora reliquit,
It portis jubare exorto delecta juventus:
Retia rara, plagę, lato venabula ferro:
Massylique ruunt equites, & odora canum vis:
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pænorum expectant: Ostroque insignis & auro
Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.

Tandem progreditur magna ſtipante caterva,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.
Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurū,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Veſtitus hic & comitatus equitum, peditum, canum non erant in regina, ſed reginam circumſtabant: ſic tota ferè Ciceronis ad Catilinam deprimendum diſputatio ex Catilinę comitatu deſumitur, unde ſunt illa, quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis ſicarius, quis parricida, quis teſtamentorum ſubjector, quis circumſcriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor juventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri poteſt, qui ſeſe cum Catilina non familiariſſimè vixiſſe fateatur? hic veneficus, gladiator, latro, & reliqui Catilinæ comites non erant in Catilina, ſed eum circumſtabant.

Ejus generis exempla etiam ſunt: ut Actione ſeptima in Verrem, ſtetit ſoleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in litore: Secunda Philippica de Antonio: vehebatur in eſſedo Tribunus plebis, lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur: Sequebantur rheda cum lenonib. comites nequiſſimi. Rejecta mater amicam impuri filii tanquā nurū ſequebatur. Ita Ovid. l. 2, de remed. amor.

Phœ-

Phœbus adest, sonuere liræ, sonuere pharetrę,
Signa Deum agnosco per sua, Phœbus adest.

Sic lyra & pharetra non sunt in Apolline, sed circumstant. Hoc argumento simul Plato fœlicem vocat Rempub. in qua reges sapere & sapientes regnare cęperint. Contrà miseras civitates auguratur, quæ medicorum & judicum multitudine indigeant: quia multam quoque & intemperantiam & injustitiam in ea civitate versari necesse sit.

Porro ad adjuncta, quæ rem circumstant, etiam tempus refertur, uti enim locus est in subjectis, sic tempus est in adjunctis: adeo ut etiam à momento in momentum tempus spectetur in minore ejusque restitutione ipso etiam natalis sui die l. denique Divus 3. §. 3. minorem ff. de minorib. Tempus est duratio rerum, præterita, præsens, & futura. Res universę, ut bene hoc loco Timpellus, habent quandam durationem sibi adjunctam: Eaque vel jam præteriit, vel pręsens est, vel aliquandò futura est. Ac proindè cum duratio rebus omnibus conveniat, equidem Tempus, cujus natura quadam duratione comprehenditur, erit entium & non entium commune. Hinc Maro inter circumstantia Didonis Adjuncta surgentem auroram & jubar exortum allegat.

Adjun-

Adjuncta quæ circa rem occupantur.

Sub hoc adjunctorum genere tertiò continentur ea, quorum subjecta vulgò objecta dicuntur: hoc modo personæ, res, actiones sunt objecta juris, circa quę jurisprudentia est occupata, et scriptura non est de essentia, sed de adjunctis legum, nuptiarum, contractuum, testamentorū, dum scriptura versetur circa ea tanquam objectum suum occupatum, item vir & mulier sunt objecta matrimonii, forma autem individuæ vitæ consensus, & conjunctio genu ejus, simul objectum tutelę est pupillus, & bona ipsius, objectum contractuum sunt res fungibiles, objecta testamentorum sunt res hereditariæ, hæredes ipsimet & legatarii. Sic color est objectum visus, circa quod versatur, sonus objectum auditus, odor odoratus, sapor gustus, & objectum tactus sunt calor, frigus, humor, siccitas, namque hi sensus in his sensilibus occupantur & exercentur. Eodem argumento laborantes circa res suas producit Propert.

Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, pastor oves:

Item Ovidius venatores produrit lib. 2. de art. amand.

Scit bene venator, corvis ubi retia tendit:
Scit bene, qua frendens valle moretur aper.

Aucu-

Aucupibus noti frutices: qui sustinet hamos,
Novit, quæ multo pisce natentur aquæ:

Simile est illud Virgilii, ubi Corydon hortatur Alexin ad amorem ab exemplis similib. quorum partes sunt adjuncta, quęnam & subjecta:

Torva leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam:
Florentem cytisum sequitur lasciva capella:
Te Corydon, ò Alexi: trahit sua quemq; voluptas.

Huc referuntur simul virtutum & vitiorum objecta, circa quę occupantur & exercentur. Nam uti Aristoteles c.7. lib.2. de morib. fortitudo cernitur exerceturque in periculis, ut in objecto suo sive subjecto occupato, temperantia in voluptatibus coërcendis, liberalitas in pecuniis, magnitudo animi in honoribus, in gloria, ejusque cupiditate, clementia in ira reprimenda, veritas in dictis & factis, item Justitia pro meritis alienũ bonum adspectat, occupaturque circa ea, quę vel magistratus vel privatis conducunt. In iisdemque contraria vitia sed infra aut supra modum occupantur, ut quando etiam luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, superbia in contumeliis exercentur; Cujus Cicero Verrem accusat.

Expositis hoc modo subjector. & adjunctor. generibus, usus eorum generalis apparet ad-

ret adhibita quadam collatione cum causis & effectis: nam causarum usus ad rem penitus intuendam est minor & infrequentior, dum sæpe nos latent, adjunctorum frequentior, qui magis in promptu nobis sunt: Itaque his frequenter apud doctos & indoctos utimur.

Imò in artibus persæpe ex adjunctis qualitatibus magnę confirmationes & graves sumuntur: in Physicis primæ qualitates, ut calor, frigus, humor, siccitas ad explicandas rerum naturas plurimum valent, quo referuntur loci ab honesto, laudabili, utili, tuto, possibili, necessario, facili, possibili: &c. deducti, sic in philosophia morali virtus ex adjunctis qualitatibus declaratur, quod sit laudabilis, quod per se expetenda; & ex contrariis affectionibus vitium similiter, quod turpe, quod per se fugiendum.

Et quanquam levia sunt plerumque & infirma ab adjunctis remotoribus deducta argumenta, & singula hęc tametsi non multum ponderis habeant: multa tamen si conjunxeris, magnā vim sunt habitura. Et firmissimis argumētor. singulis (ut monet Fabius Quintilianus) instandum est. Infirmiora sunt congreganda, quę si non prosunt quia magna non sunt, valebunt, cum multa sint, quę ad ejusdem rei probationem spectant. Hinc Cicero in partitionibus

erisimilia, ait, partim singula monent suo pondere, partim etiã si videntur esse per se exigua, multùm tamen cum sunt coacervata, proderunt, & levitatem illam ubertate sua compensant, & quod pondere deest, numero supplent. Unde illud Ovidii.

Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoque) parva vocabit:
Sed quæ non prosunt singula, multa juvant.

Itidem ille ibidem:

Tu tantùm numero pugna, præceptaque in unum
Contrahe, de multis grandis acervus erit.

CAP. 8.

De Dissentaneis argument. & quidem primùm de Diversis.

VTi supra argumentum consentaneum est expositum, diciturque consentaneum, quod habet consensionem cum re illa, quam explicat, sic dissentaneum id erit, quod à re dissentit, quã arguit. Sunt autem dissentanea inter se ęque manifesta: alterumq; ab altero æqualiter arguitur, tametsi (ut bene Ramus) sua dissensione clarius elucescant. Nam si inter se conferantur, eorum dissensio magis elucebit hoc

modo, si ęgritudo cum sanitatę, visus cum cęcitate, & abedo cùm nigredine conferantur, utriusque natura clarior & illustrior apparebit. Et dum in rebus alia dissensio levior, alia acrior & vehementior apparet, rectè dividitur Dissentanea in Diversa & Opposita: nanque rerum dissensio levior est in Diversis, gravior autem in Oppositis: Diversa sunt Dissentanea, quæ sola ratione dissentiunt, id est, levi quodam modo sive distinctione quadam: Hæc rationis dissensio res inter se aliquas leviter secernit & distinguit: adeò ut in diversis distinctio rerum aliqua, nòn conclusio ratione illarum, sed certæ alicujus personę quæratur. Et quamvis è diversis unum plerumque affirmetur & alterum negetur, tamen aliquando utrumque videtur in subjecto affirmari posse, sed diverso respectu, ut exemplis infra ostenditur. Nam quæ sola ratione dissentiunt, non per se suaq; natura dissentiunt, sed solummodò ratione attributionis, id est, ratione ac respectu certę alicujus rei, cui simul non competunt: uti victoria & victoriæ insignia res admodum affines sunt, ratione tamen Syllæ & Murænę (qui ante victoriam triumpharunt) dissentiunt. Sola igitur ratione dissentiunt, quæ cum suapte natura consentiant, eidemque rei possint, atque etiam soleant competere, alicujus tamen rei ratione

ſive reſpectu à ſe invicem diſtinguuntur & diſcernuntur: & quamvis per ſe ſuaque natura eidem rei ſimul competere poſſint, tamen neque idem ſunt, nec certo alicui ſubjecto competunt, cujus ratione diſſentire dicuntur, nam quę in eodem tertio diſſentiunt, ea etiam inter ſe diſſentiunt, & quatenus referuntur ad idem ſubjectum, uno eorum affirmato, alterum negatur, aut certè negari intelligitur: ſed ſi eidem rei affirmativè adtribuantur, uſurpantur ut adjuncta, e. g. ut ſi quis dicat, Menelaus eſt formoſus & facundus, adjuncta ſunt; ſi porro hęc diverſa ad ſubjecta referantur diverſa, ad diſſimilium locum pertinebunt, ut e. g. Narciſſus eſt formoſus, Ulyſſes verò facundus, eſt diſſimilitudo. Sed Ulyſſes non eſt formoſus, ſed facundus, diverſa ſunt. Notæ, quibus diverſa tractantur utplurimum ſunt: Non hoc, ſed illud, quanquam, tamen. Ita Cic. pro Pompejo, non (ait) victoriam, ſed inſignia victoriæ reportarunt. Ovid. 2. de art.

Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes:

2. Æneid.

Hic Priamus, quanquam in media jam morte tenetur,
Non tamen abſtinuit.

Ita factum Ligarii non erat ſcelus, ſed error, ut Cic. pro Lig. Scelus tu illud vocas Tubero cur? iſto enim nomine illa adhuc cauſa caruit.

Alii enim errorem appellant, alii timorem, qui durius, ſpem, cupiditarem, odium, pertinaciam, qui graviſſ. temeritatem: ſcelus præter te adhuc nemo.

Itaque in exemplis adductis videmus, victoriam ratione Syllæ & Murenę ab inſignibus victoriæ, Priamum in extremis conſtitutum tamen non à convitiis abſtinuiſſe, facundum Ulyſſem à formoſo, & errorem Ligarii à ſcelere diſtingui, & facta & qualitates ſingulorum diverſis illuſtrari, quę alioquin in alio eodemque ſubjecto reperiri potuiſſent, ſed diverſa ratione reſpectuve.

Itaque in diverſis conceditur aliquid, ut vicinum quoddam poſſit negari, ut veritas premi poteſt, opprimi non poteſt, fides concuti poteſt, ſed excuti non poteſt, ſic unum de fide, de veritate affirmatur, alterum negatur. Interdū ſubintelligitur tacitè in diverſis alterius negatio: ut Thais ad Chęream in Terent. Eunuch.

Nam ſi ego digna hac contumelia

Sum maximè, at tu indignus qui facere tamen,

meruit ergo Thais, ſed non à Chærea, Cic. 5. Tuſc. quanquam ſenſu corporis judicentur, ad animum tamen referantur: hic negatio intelligitur, ſed non ad corpus.

Undè argumenta diverſa, ſicuti etiam Diſparata quæ ſequuntur, rebus ſermonibuſque

illu-

illustrandis decus & vim afferunt, & in dispu-
tando, dicendo, omnique in loquela uberrimos
fructus ornatusque ostendunt. Proinde hic no-
tandum sępè accidere, ut ea pro arguentis con-
sideratione sint diversa, quorum essentiæ sunt
oppositæ, sed tum in concreto considerantur
affirmativè & negativè ratione subjecti, ut for-
mosum esse & facundum esse, habere aurum,
argentum vel æs, sed in abstracto si conside-
rentur, sunt disparata uti forma, facundia, æs,
aurum, argentum, &c. In legibus & JCtor.
responsis frequens diversorum ratio occurrit:
Exemplum è diversorum loco proponit Ul-
pianus l. Quintus Mucius 27. §. 2. ff. de aur. &
arg. leg. Argento omni legato quod suum es-
set; sine dubio non debetur id quod in credito
esset, hoc ideo quia non videtur suum esse,
quod vindicare non possit: Sic argentum quod
nostrum est, & quod in alieno ære versatur, dif-
ferunt ratione legati ut tertii, cui simul non
attribuuntur, quod & Cicero in Topicis ait:
Ita cum l. mutuam ff. si cert. petat. JCti mu-
tuum definiunt pactum, quo rem eandem reci-
pimus, non in specie, sed in genere, hic pecu-
nia reddenda non in specie, & pecunia in ge-
nere, diversa sunt ratione mutui.

Sic diversa sunt, sententia in lupanari, popi-
na, aut alio in loco inhonesto, vim authorita-

temque non habet l. cum ſententia C. de ſen tent. & interlocut. judic.

Sic tutela, & legatio Reipub. ſive Adminiſtratio rer. fiſcal. &c. ratione Seji, qui ſe excuſat ſunt diverſa, dum Titio ſe non excuſanti utrumque poſſit adtribui, & dum hęc excuſatio ſaltim arbitraria ac voluntaria ſit. Item quando fructus induſtriales non autem naturales adtribuuntur bonæ fidei poſſeſſori, qui ex tit. lucrativo eos percepit l. 45. ff. de uſuris & fructib ſunt diverſa hoc modo fructus naturales & induſtriales, dum in lucrativo poſſeſſore diſſentiunt, & interim poſſeſſori ex titulo oneroſo adtribuuntur l. 48. ff. de adquirendo rer. dom. Item diverſa ſunt Mævius eſt conductor, non emptor, Titius eſt mandatarius, non commodatarius: ſimul hæc diverſa ſunt, ex dolo tenetur depoſitarius, ex culpa non §. 3. Inſt. de oblig quæ re contrah. dum ab aliis uti cõmodatario §. 2. d. tit. Inſt. & à mandatario l. 8. §. ult. ff. & l. 13. C. mand. & in pignore §. fin. d. tit. Inſt. item in locatione conductione §. 5. Inſt. de locat ſimul in negotiis geſtis §. 1. Inſt. de obligation. quæ quaſ. ex contract. & dolus & culpa requiritur.

Item ad diverſorum topicum & hoc pertinet, quod teſtator non poſſit uſufructuario remittere cautionem fructuariam l. 1. C. de uſufruct.

ufruct. aſt remittere poteſt legatario aut fideicommiſſario l. 2. & l. 7. C. ut in poſſeſſionem legator. & auth. ſed cum teſtator C. ad leg. falcid. hic legatum admittit remiſſionem cautionis fructuariæ à teſtatore factam, contra uſusfructus ipſo jure non admittit illam remiſſionem: itaque alterum de teſtatore affirmatur, alterum negatur: ratio diverſitatis, qua ſaltem diſſentiunt, inter legata ac fidei commiſſa, & uſumfructum ejuſque heredem hęc eſt; nam legata ſtatim poſt mortem teſtatoris percipiuntur, nec periculo aut diſtractioni obnoxia ſunt: econtrario hæres uſusfructus cogitur exſpectare ad annos multos, & carere diu hæreditate, qua interim uſufructuarius utitur fruitur, & ne damnoſè & fraudulenter verſetur in re fructuaria, ſatiſdare tenetur, talis autem doli ac damni ſuſpicio ceſſat in legatario ob prędictas rationes. Huc pertinent exceptiones à regula, ſi de uno ſubjecto adjuncta varia affirmentur vel negentur, ſin autem de duobus aut pluribus ſubjectis varia adjuncta prædicentur affirmativè & negative, ad locum diſparium vel diſſimilium pertinebunt, ut hic in principio admonſtravimus, & latius in topico diſſimilium trademus,

Exceptiones à regula, quę diverſorum naturam referunt, tales in jure occurrunt: Filiuſ-

familias mutuò recipiens pecuniam non obl
gatur ex SC. Macedoniano, ne materia pe
candi malis morib. præſtetur, ſed ſi mutuati
facta fuerit ſtudiorum vel legationis cauſa, &
tunc ſumptus ſint tanti, quantos patris piet
non recuſaret, ſed ſubminiſtrare ſoleat, vel
pecunia converſa ſit in uſum patris, obligatu
t. t. C. ad SC. Macedon. Hic mutuatio uti
lis affirmatur de filiofamilias, inutilis negatu
quæ materiam peccandi malis moribus præ
ſtat, & ad fœdam bonorum dilapidationem
vergit. Sic teſtamenti factionem habent om
nes, qui ſui juris ſunt, & liberam ſuorum bo
norum adminiſtrationem tenent, ſed excipiun
tur alii, qui non poſſunt teſtari, ut impuberes
mente capti, furioſi, prodigi ob mentis impo-
tentiam: prohibentur etiam ſurdi, muti, cœci
ob defectum corporis, ut & filiifamilias &
ſervi ob poteſtatem cui ſubſunt, item de ſtatu
ſuo errantes ac dubitantes non admittuntur t. t.
ff. & C. qui teſtam. fac. poſſ. De hiſce nega-
tur teſtamenti factio, de cæteris vero, qui
ſunt ſui juris, affirmatur propter diverſitatis
rationes in iis militantes.

Tale eſt illud, ſi venditor facultatē habeat
reī tradendæ, pręciſè cogi poteſt ad tradendum
l. ex empto 11. de act. empt. ſed ſi venditor,
qui jactum retis vendidit, piſces captos reddere
nolit

nolit, æſtimari debet id quod extraxit l. ſi jactum ff. de act. empt. In hoc axiomate diverſo res certa ſi poſſit tradi, affirmatur de venditore cogendo ad tradendum, factum verò venditum, ſcilicet jactus retis de eo negatur; ratio diverſitatis eſt, quia facta ſunt incerta, hinc regula iſta generalis limitatur, niſi vendatur aliquid incertum, conſiſtens in ſpe & pendens à futuro eventu, quo caſu liberatur æſtimationem præſtans. Atque hac ratione variæ & innumerabiles leges poſſunt conciliari: hoc eſt, quod edixit Imp. Juſtinianus in confirmatione Digeſtorum, ſi quis ingenio ſubtili, arteque exquiſita rationes diverſitatis diſcutiat, nihil fore ἐναντιοφανον.

Item è diverſis ſunt, mulier non poteſt eſſe teſtis in ultimis elogiis §. 6. Inſt. de teſtam. ordinand. ſed extra teſtamenti tabulas permittitur argumento legis Juliæ de adulreriis, quę adulterii damnatam teſtem produci vel dicere teſtimonium vetat l. 20. §. 6. ff. qui teſtament. hic teſtimonium in ultimis voluntatibus negatur de muliere, extra autem teſtamenti tabulas in contractibus aliiſque rebus affirmatur de muliere. Eodem modo ſtatutum eſt, quod res fiſcales non poſſint uſucapi §. 4. Inſt. de uſucapion. ſed actiones ſcilicet res incorporatę 40. annis pręſcribuntur l. 4. & 6. C. de

præſcripſit. 30. vel 40. annor. hic res fiſcale negantur de uſucapione, actiones autem ſive res incorporatæ affirmatè præſcribuntur.

CAP. 9.
De Diſparatis.

ARgumenta diſſentanea diximus eſſe vel Diverſa, vel Oppoſita: Diverſa ſola ratione diſſentiunt: Oppoſita ſunt, quæ ratione & re diſſentiunt. Undè utriuſque diſſentanei differentia notatur, quod diverſa poſſint in eandem rem cadere eodem tempore ſed diverſo reſpectu, Oppoſiti natura ita diſſentiat à natura alterius, ut oppoſita non poſſint eidem adtribui ſecundum idem, id eſt, eandem partem, & ad idem, id eſt, reſpectu ejuſdem, & eodem tempore non poſſint, ſic Socrates albus & ater non poteſt eadem parte eſſe: neque pater & filius ejuſdem: neq; ſanus & æger eodem tempore. Itaque ex altero affirmato alterum negatur, exempli gratia, ut paries eſt niger, non eſt igitur albus: nam dum nigredo affirmatur de pariete, negatur albedo, eorumque natura hæc eſt, ut ſeſe invicem tollant

Oppoſita ſunt diſparata aut contraria: Diſpara-

paratorum dissensio est inter res multas plu-
resve: Contrariorum autem oppositio ad res
tummodo duas revocata est: Itaq; illa est re-
missior, hæc acrior & vehementior, ad exem-
plum aquę fontis alicujus fluentis per unius
rivuli fines.

Disparata sunt opposita, quorum unum
multis opponitur, sic infinitæ res, quæ nulla
certa dissensionis lege opponuntur, possunt alię
cum aliis esse disparatæ, tamen plura idem non
sunt: ut viride, cineraceum, rubrum, media
sunt inter album & nigrum: quæ singula extre-
mis, & inter se disparata sunt, sic homo, arbor,
metalla, stirpes, lapis, & ejusmodi res infinitæ
disparantur: nec eadem res potest esse homo,
arbor, lapis, &c. Hinc opposita subjecto dis-
sentire dicuntur, cum eidem non possint adtri-
bui. Sic omnia etiam quæ individua dicuntur,
disparantur, ut Socrates, Plato, Aristoteles, Bu-
cephalus, Rhinoceros, &c. Quorum alia con-
tinentur sub eodem genere, alia in diversis ge-
neribus. Hæc regula, ubi ex unius affirmatio-
ne alterum negatur, est vera ac catholica in
omnibus oppositis: At econtra uno opposito-
rum negato, alterum quodlibet affirmari non
procedit, nisi in adversis, contradicentibus, pri-
vantibus medio carentibus, si ad subjectum
suum referuntur, verùm negativa hæc regula,

uno negato alterum affirmatur, non procedit relatis, ut non sum pater tuus, ergo sum filiu, non sequitur, quia quid tertium dari potest. Item in disparatis unius negatio ad alterius affirmationem non procedit, ut Socrates non est & leo & equus, non est autem leo, ergo est equus, non valet, quia ex eo resultat absurdum & dum medium quoque possit dari. Ex hoc argumentandi genere pravus etiam legum intellectus oritur, ut Imp. l. conventicula C. de Episc. & cler. vetat illicita conventicula extra Ecclesiam celebrari, igitur in Ecclesia permittet? non sequitur, quia ubique & in aliis etiam locis, quę cum Ecclesia disparantur, prohibui. Item juris præceptum est, alterum non lædere: ergo seipsum perimere permittit? non sequitur, quia id inhibetur & aliis juris præceptis τὸ honeste vivere, & suum cuique tribuere, qui cum pręcepto alterū non lędere disparantur, hinc absurdi & impossibilitatis varia trahuntur axiomata, quæ hoc modo ex disparatis refelli possunt. Differentia autem inter disparata contraria & diversa indè elucet, quia in disparatis aliquando unum multis opponitur, aliquando infinitæ res sibi invicem, contraria autem bina tantùm esse possunt, neque sunt diversa, quia eadem res non potest esse homo, arbor, lapis, & quia non solum ratione, sed etiam re dissen-

iſſentiunt, eidemque ſubjecto adtribui non poſſunt, & in abſtracto conſiderantur ut eſſeniæ, non autem in concreto, ut qualitates quæ n diverſis ſpectantur.

Hoc loco notatu dignú eſt, quod omnia pugnantia opponantur juxta differentias eſſentiaes, quibus diſſident, non juxta qualitates & communia accidentia, ut valet conſequentia: pater genuit, ergo filius non genuit, quia ſunt oppoſita, quæ non poſſunt eidem, adtribui ſecundum eandem partem; reſpectu ejuſdem, & eodem tempore, verùm hæc conſequentia, pater eſt robuſtus, ergo filius non eſt robuſtus, non valet, quia robur diverſis ſubjectis poteſt adtribui.

Interim non modò ſubſtantię, ſed etiam (quæ vocantur) accidentia, quatenus entia ſunt & non entia, oppoſitorum & diſparator. voce ſignificantur. Et quando Diſparata dicuntur oppoſita, quorum unum multis pariter opponitur, cernitur illa oppoſitio inter res multas, eaque ad ſingulas æquali ratione diffunditur, ſic lapis eſt diſparatum arbori, homini, tabulę, & quamvis contrariam inter ſe non habeant actionem, tamen in unam rem confundi non poſſunt. Hoc modo plurima in jure civili diſparantur, uti Tutela legitima, quæ agnatis proximis ex lege defertur, & tutela te-

ſtamenta-

teſtamentaria, & dativa quæ à magiſtratu p-
titur, ſpecies ſunt aliæ cum aliis diſparatę: ite
emptio, locatio, mutuum, pignus, commod:
tum, depoſitum, ſocietas, mandatum ſibi inv
cem diſparantur, & in modo acquirendi reru
dominia captivitas, venatio, inventio, traditic
fœtus animalium, alluvio, ſpecificatio, confu
ſio, inædificatio diſparantur.

Item teſtamentum ſolenne ſeptem teſtium
militare duorum, codicilli quinque teſtiur
numero inter ſe diſparantur. Hac ratione cri
mina judiciorum publicorum inter ſe diſpa
rantur, ut parricidium, homicidium, adulte
rium, falſum, vis publica, vis privata, & crimei
lęſæ majeſtatis, peculatus, plagii, annonę, am-
bitus, repetundarum, & de reſiduis diſparan-
tur, inquam, inter ſe & delicti & pœnæ natura,
ſi in abſtracto conſiderentur, aliàs in concreto
conſiderata, dum uni ſubjecto adtribui poſſint,
& alteri non, diverſorum affectionem referunt.

Et uti res ſingulæ prędictæ formis inter ſe
diſſentiunt, ita vice verſa multę res ad unum
relatę extremum cum illo diſparantur: ita cum
nuptiis non conſentiunt ſed diſparantur impo-
tentia naturalis, adulterium, vitę inſidię Novell.
117. & divortii conſenſus hinc inde, & irre-
conciliabiles atroceſque inimicitiæ Nov. 140.
cum nuptiis diſparantur tanquam extremis in-
ter

er opposita ista.

Tutelę disparantur mors v. pupilli v. tutoris, : conditionis existentia, ex persona pupilli uti ubertas & servitus ac quævis capitis diminuo, à persona autem tutores quævis etiam caitis diminutio, simul justa excusatio, & remoio à tutela ob crimen suspecti t. t. Instit. quib. nodis tutela finitur. Ratio, cum tollant tuteam pariter, eodemque dissentionis modo prohibeantur in eod. subjecto consistere cum utela.

Ita modi, quibus solvitur patria potestas, cum ea tanquàm cum extremo quodam disparantur, cujusmodi sunt mors naturalis & civiis, emancipatio, & dignitates quædam ut sunt Patriatus, Consulatus, Prętoratus, Episcopatus t.t. Institut. quib. mod. jus patr. potestat. solvitur. In summa omnis dignitas, quæ liberat à Curia, liberat à patria potestate Novell. 81. Et lenocinium à parte patris institutum, l. 6. C. de spectac. & expositio infantum l. 2. C. de infantib. expos. & præscriptio, si nempe pater diu ad decennium passus sit filium suum agere, ut hominem sui juris, l. 1. C. de patr. potest. l. 16. § 3. ff. Qui & à quib. manumitt. quia hæc omnia ac singula cum patria potestate, dum eam tollunt, consistere non possunt.

Item cum testamenti factione activa disparantur

tantur impuberes, mente capti, furiosi, prodig qui ob defectum animi: et surdus, mutus, cœcus, qui ob defectum corporis, simul filiifamilias & servi, & de statu suo errantes ac dubitantes, qui ob potestatem, cui subsunt, & statum vagum ultima condere elogia prohibentur, & si talis sit testator, qui neque scribere, neque articulatè loqui possit, sed mortuo similis sit, l. 2. C. de testament, unde tales & alii in unum & idem subjectum nunquam coalescere possunt, t. Institut. quib. non est permissum fac. test. & t. t. ff. & Cod. qui test. fac. poss.

Consimiliter testamentariæ factioni passivæ disparantur, qui prohibentur hæredes institui uti sunt deportati & perpetuò banniti l. 1. C de hæredib. instituend. Hæretici & Apostatata l. 2. C. de Apostat. & l. 9. C. de hæret. Collegium illicitum l. 8. C. de hæred. instituend. spurii & incestuosi ratione patris Auth. ex complex. C. de incest. & inut. nupt. Servus qui convictus est de adulterio, in pr. Inst. de hæred. institut. Et qui in ultam testatoris necem relinquunt, ab hæreditate arcentur, l. 1. C. de his quib. ut indign. hæred. auf. simul hęredes qui testatorem testari prohibuerint, vel coegerint, l. 1. & 2. C. si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit. Item testamento tanquam disparata opponuntur adoptio, agnatio sui hęredis,

mors

rs hęredis, & à parte testatoris capitis diminutio maxima & media, mutatio testamenti & princeps litis causa in testamento hæres fuerit institutus, t. t. Inst. quib. mod. testam. infirm. natio posthumi l. 3. §. 3. & l. 12. ff. de injust. rupt. incisio l. 30. C. de testam. consulta deletio l. 1. in pr. ff. de his quę in test. delentur. Hæc enim omnia ac singula jure prohibente ob validas rationes testamento, & cum testamento eidem subjecto, ut disparata & opposita, inesse non possunt.

Consimiliter opponuntur & disparantur testamento testes, qui prohibentur, cujusmodi sunt mulier, impubes, servus, furiosus, mutus, surdus, prodigus, neque ii quos leges jubent improbos intestabilesque esse, neq; ii qui sunt in familia testatoris, neque heres scriptus, neque is qui in potestate ejus est, neque pater ejus qui eum habet in potestate, neque fratres qui in ejusdem patris potestate sunt t. t. Inst. de testam. ordinand.

Item stipulationi legitimæ disparantur & opponuntur variæ inutilium stipulationum species, quæ ipso jure non subsistunt cum stipulatione vera sed reprobantur, & non valent, ut si res dominio stipulantis non sit subjecta, vel si stipulator sit pupillus, filiusfamilias, aut servus, mutus, surdus, & furiosus, &c, si impossibilis

ſibilis ſit conditio, cui natura vel lex impedi-mento eſt, quo minus exiſtat: ſi turpis ſit conditio ut ex homicidio, ſacrilegio, divortio &c. vel ſi quiſpiam alterius nomine ſtipuletu[r] mandatum non habent. Si erratum eſt ſiv[e] diſſenſus ſit in re ſtipulationi ſubjecta, ut ſi d[e] alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor, a[ut] ſi in tempore, conditione, pretio erratum ſi[t] cum ſtipulatione non congruunt, neque cum e[o] eidem ſubjecto adttibui poſſunt tt. Inſtit. d[e] inutilib. ſtipulationib.

Eodem modo obligationi diſparantur & opponuntur ſolutio ejus quod debetur. Acceptilatio à creditore data. Novatio id eſt prioris debiti in aliam obligationem transfuſio. Conſenſus contrarius, nam uti conſenſu obligationes contrahuntur, ita contraria voluntate diſſolvuntur t.t. Inſtit. quib. mod. toll. obligat. Item redditio chirographi vel cautionis remiſſio l. 2. ff. de pact. compenſatio §. 30, 39. Inſt. de actionib. & l. 1, de compenſat. Confuſio, cum videlicet debitor creditoris, vel credito[r] debitoris hæres efficitur; tunc enim eorum bona confunduntur, & obligationes inter eos cõtractæ diſſolvuntur, l. 5. C. de hæritar. action. l. 7. C. de pact. l. 2. §. 18. ff. de hęr. vel act. vend. Hiſce enim omnib. & ſingulis ſolutio ut unum extremum multis pariter diſparatis opponitur.

CAP.

CAP. 10.

De Relatis.

CONtraria diximus esse opposita, quorum unum uni tantùm opponitur, ut Domi-ius & servus, bellum & pax sic efferuntur, ut le eodem simul affirmari non possint, ut orum unum affirmet, alterum negationem omprehendat, ut sapiens non sapiens, cœcitas & visus, Itaque contraria sunt Relata & Ad-ersa & Contradicentia.

Sic in contrariis notatu & observatione di-num est, quod contraria alia sint ἔμμεσα, id st, mediata, quę medium habent, alia ἄμεσα, d est, immediata. Medium autem vel est ab-egationis, vel participationis. Medium abne-ationis est, quicquid præter duo contraria ter-ium dici potest, sicut neutrum eorum, ut præ-er patrem & filium, prętet præceptorem & liscipulum is, qui neuter est. Medium parti-ipationis est, quod utriusque extremi naturam participat, ut tepidum inter calidum & frigi-lum, sic medium albi & nigri dicitur, viride el rubrum. Horum itaque (id est ἐμμέσων) non st necesse alterum esse; ἄμεσα vero sunt quæ

medium non habent, horum itaque alterum esse necesse est, sic sanum & ægrum de animale prædicatur; quia animal non sanum est ægrum, & non ęgrum est sanum. Sic nox & dies opponuntur: quia non nox & non dies contrariantur: siquidem non nox est dies, & non dies est nox. Sic visu præditum esse & cœcum esse dicitur respectu hominis: tali modo sese habent contradicentia in adjecto. Atque hæc distinctio ad dignoscendas necessarias disjunctiones à contingentibus apprimè utilis est.

Relata sunt Contraria affirmantia, quorum alterum constat è mutua alterius affectione, ita tamen Contraria dicuntur relata, ut unum & idem non sint, quia unum uni duntaxat opponitur, ut pater & dominus affirmantes, item filius & servus. Sunt porro hujuscemodi contraria, inter quæ est mutua quædam essentiæ constitutio, & mutua unius ad alterum affectio, unde relata nuncupantur. Inque iis notanda est duplicis affectionis distinctio: Alia enim est consentanea affectio, qua mutuæ causæ arguuntur: alia vero dissentanea, qua contrarietas explicatur. Amicabilem conjunctionem referunt, dum sic dicimus, Pater est filii dominus, ergo filius est patris servus, dissensio autem contraria elucet, quę sic spectatur, quando ex affirmatione alterius negatur alterum, uti

Amyntas est pater Philippi, ergo Amyntas non est filius Philippi: hic pater & filius sunt verè contraria, quia eidem subjecto scilicet Amyntæ ita tribuuntur, ut ex altero affirmato negetur alterum; Interque hæc relata numerantur patroni & liberti, maritus & uxor, tutor & pupillus, hospes cum hospite, socer, gener, nurus, novercæ, fratres, præceptor ac discipulus, &c. uti hoc loco Ramus exemplis probat, simul vitricus & privignus, aliique ad familiam pertinentes. Et quamvis unum multis sæpè correlatis opponatur, ut pater filiis, &c. tamen σχέσις tantum, id est, habitudo sive respectus & affectio mutua spectatur, sic pater non significat essentiam ejus, qui est pater (puta Priami) sed illam σχέσιν & affectionem mutuam quam ad filium habet; nam sublatis liberis desinit esse pater, sed non desinit esse Priamus. Ingentem crebrumque in jure civili usum relata habent: Correlativa ICtis dicuntur, id est, duorum vel plurium ad invicem mutua relatio: dictum illis correlativum ex dictione con, quę exponitur pro simul, & à vocabulo relativum, arg. l. labeo. §. contractum de V. S. & l. reos in princ. ff. de duob. reis. Unde quod in correlativorum altero cavetur, in utroque cautum esse videtur, Bart. in l. fin. de acceptilat. l. 2. & l. culpa C. de malef. & mathem. ubi quod turpe

eſt docere, ibidem & illicitum eſt perdiſcere procedit hæc regula quatenus amicabilem conſenſum referunt, ut cauſæ & effecta, non autem quatenus diſſentiunt & unum & idem non ſunt. Deduciturque è relatis regula conſtructivè & deſtructivè; conſtructivè, ut ſtatutum ſive diſpoſitum in uno ex correlativis, videtur etiam ſtatutum ſive diſpoſitum in alio, textus eſt notabilis, in d. l. fin. de acceptil. & l. fin. C. de indict. viduitat. Deſtructivè autem formatur ſic, uno correlativorum deſtructo, deſtruitur & reliquum, textus eſt notabilis, in d. l. fin. de acceptilat. Baldus in Auth. ſi quas ruinas C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Et uti ad remotionem unius correlativorum ſequitur remotio alterius, ita uno correlativorum poſito, ponitur & reliquum, gloſſ. eſt notabilis in Clem. unic. in verbo æternaliter de ſumma Trin. & fid. Cathol. ut ſi pater eſt, filius eſt: ſi maritus eſt, uxor eſt: ſi venditor eſt, emptor eſt: ſi locator eſt, conductor eſt: ſi mandans eſt, mandatarius eſt: ſi ſervus eſt, dominus eſt: ſi patronus eſt, libertus eſt. Ita petitorium & poſſeſſorium ſunt correlativa, unde argumentantur JCti non dari neque reperiri petitorium, ubi non eſt poſſeſſorium. Hoc modo actor & reus ut relata ſeſe invicem arguunt, ponunt ac tollunt. Hinc etiam videmus quod

lex

lex corrigens in actore extendatur, ut idem corrigat in reo, l. si cum dies §. penult. in fin. de arbitr. & arg. l. per intervallum ff. de judic. Auth. qui semel, in verbo 30. dier. C. quomod. & quand. judex.

Eadem ratione Dominus & Vasallus sunt correlativa: Hinc etiam est, quod sicuti propter delictum Vasalli commissum in dominum, Vasallus privatur feudo, & utile dominium Vasalli consolidatur cum proprietate domini, uti casus est, in §. denique in titul. quæ fuit prima causa beneficii amittend. in usib. feudor. ita etiam propter delictum domini in Vasallum commissum, dominus privabitur directo dominio, & illud consolidabitur cum utili dominio ipsius Vasalli textu notabili in capitulo Domino committente, si de feudo controversia in usib. feudor. & text. in c. unic. qualiter Dominus proprietate privetur.

Et ut diximus supra à JCtis inter correlativa referri patrem & filium, patronum & libertum, ita etiam argumentum ex utriusque relati adjunctis qualitatibus firmiter procedit tam affirmativè quàm negativè. Hinc etiam est, quod sicuti pater conventus à filio emancipato habet privilegium, ne teneatur ultrà quàm facere potest, & similiter patronus, si conveniatur à liberto l. sunt qui in id cum l. sed ff. de re

judicat. Ita etiam econtrà si filius emancipatu conveniatur à patre, vel libertus à patrono, ultra vires & facultates non tenentur, cum pater & filius, patronus & libertus sint correlativa; & eadem sit ratio hinc inde : nam quilibet horum tenetur alterum egentem alimentare l. si quis à liberis §. si vel parens, & l. alimenta ff. de liberis agnoscend. Et quia privilegium debet esse reciprocum l. 1. ff. quod quisq; juris. Interim pręmissa regula, nempe dispositum in uno ex correlativis, etiam dispositum erit in altero, tum demum procedit, quando eadem militat ratio in utroque correlativorum, sed quando eadem non est ratio, dispositum in uno ex correlativis non habebit locum in alio, uti Cynus & Doct. respond. ad l. Curatorem C. de interdict. matrimon. & Salicet. ad leg fin. C. de rescind. vendit. Hinc etiam est, quod licet familiaris domesticus vel servitor non possit produci in testem pro domino l. etiam C. de testibus, econtrà tamen dominus pro familiari domestico vel servitore benè potest esse testis ut Salicetus in d. l. etiam C. de testib. docte & eleganter distinguit, ratio diversitatis hæc est, quia primo casu producens scilicet dominus potest imperare producto testi scilicet domestico vel servitori, ut testis fiat, secundo casu servus sive domesticus domino in testem

imperare

imperare non poteſt. Hinc etiam eſt, quod licet Vaſallus teneatur Domino præſtare juramentum fidelitatis, non tamen econtra Dominus tenetur Vaſallo pręſtare juramentum fidelitatis, ut communi Dd. calculo concludit Alvarotus poſt alios per eum relatos in tit. de form. fidel. & Jacobinus in ſuo notabili libello feudor. column. 4. in verbis, qui quidem inveſtiti præſtiterunt jurameutum fidelitatis, &c. Et idem in ſimilibus caſibus dici & diſtingui poteſt: Et quando in hujuſmodi cauſis ratio diverſitatis militans ſpectatur, caſus iſti depoſita relatorum natura affectionem aliam diverſorum induunt.

CAP. 11.

De Adverſis.

ADverſa ſunt contraria, quæ inter ſe velut è regione perpetuò adverſantur. Hic Relatorum & Adverſorum diſcrimen oſtenditur. In adverſis eſt diſſenſio perpetua, continuata, quæ pugnam habet & ſine intermiſſione perennem & inſtructam velut è regione & extra omnem amicam poſita eſt conjunctionem; at in relatis eſt diſſenſio minimè illa qui-

dem perpetua, ſed interrupta nonnunquam obliqua magis & inflexa tranſverſim, velu cum mutuę cauſæ parteſque arguuntur. I quanquam adverſa plurimùm ſub eadem com munione naturæ differant, tamen ſubſtanti ſubſtantiæ, quantitas quantitati adverſatur quod & de cæteris adverſantibus rebus mod & qualitate ſua judicari oportet. Sic homo & bellua adverſantur, nam ut bene Cicero contra epicureos diſſerit, voluptas pecudis bonum eſt, non igitur hominis, hinc pecudem & hominem ut adverſa oppoſuit: ſic albor & nigror in colore, calidum & frigidum in qualitate phyſica, virtus & vitium, e. g. liberalitas & avaritia ſibi invicem in affectibus animi ut extrema opponuntur. Tale eſt illud Ciceronis pro Marcello: nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad concilium caſus admittitur. Hoc eſt quod Ariſtoteles περὶ τῶν ἐναντίων diſſerit, ait adverſa eſſe vel in eodē genere, ut album & nigrum, vel ipſa genera ut bonum & malum, vel in contrariiș generibus, ut juſtitia & injuſtitia, Ita magnanimitas & puſillanimitas, patientia in contrariis generibus ſunt & impatientia, continentia & incontinentia, ſic ſobrietati, id eſt, continentiæ à nimio cibo & potu opponitur voracitas & ebrietas, caſtitati libido venerea adverſatur, & cum par-
ſimonia

monia scilicet temperantia sumptuum pru-
usio pugnat sive prodigalitas: Item urbanitati
pponitur rusticitas, disparatum ejus scurrili-
as est, simili modo opponuntur verecundia &
mpudentia, decens silentium & loquacitas,
gravitas & levitas, lenitas & iracundia, cle-
nentia & crudelitas, humilitas & superbia,
eracitas & mendacium, candor & simulatio
ive calumnia, fides & deceptio.

Eademque pugna manifestius apparet in re-
bus, quę nulli generi subordinantur, & per hoc
nfestissima semper directione sejunguntur,
qualia sunt ipsa genera ut bonum & malum:
quale est illud Æneid. 11. Cum Drances hor-
atur Turnum ad pacem faciendam cum Tro-
anis,

Quid miseros toties in aperta pericula cives
Projicis? ô Latio caput horum & causa malorum.
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes
Turne: simul pacis solum inviolabile pignus.

Sic proponitur quod bellum sit pernicisiosum,
pax igitur expetenda: Sic Tibullus querulus
servitium imminens, & libertatem ereptam op-
ponit uti adversa:

Hic mihi servitium video, dominamque paratam:
Tu mihi libertas illa paterna vale.

Ex Adversorum contrariorum topico JCti
hanc potissimum regulam extruunt, quod

contrariorum ſive adverſorum eadem ſit diſci-
plina & ratio, nam cognito uno ex iis, quę n-
dium non habent cognoſcitur & alrerum §..
Inſtitut. & l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.
jur. l. ex duob. in princ. & l. ſeq. ff. de vulga-
ri & pupillar. ſubſtitut. Ita Dynus in reg. po-
ſeſſor malæ fidei de. R.I. ad declarandum; qu
ſit bone fidei poſſeſſor, multis mediis demo
ſtrat, quis ſit malę fidei poſſeſſor, quia nullu
contrarium ſine altero contrario ex adverſis e
ſe poteſt: contraria enim contrariis probantu
ut album per nigrum, & optima eſt probati
quæ fit per ſuum contrarium, ut eſt text
junct. gloſſ. in cap. ſciendum 8. q. 1. Nam te
ſte Ariſtot. 9. de cœlo & mundo oppoſita juxt
ſe poſita magis eluceſcunt. Hoc eſt, quo
Chryſippus eleganter diſſerit apud Aulũ Gel
lium lib. 6. cap. 1. Nihil eſt prorſus iſtis (inquit
inſipidius, qui opinantur bona eſſe potuiſſe, ſ
non eſſent itidem mala. Nam cum bona mali
contrarià ſint: utraque neceſſarium eſt oppo-
ſita inter ſeſe, & quaſi mutuo adverſoque fult
niſu conſiſtere, & nullum adeò contrarium eſ-
ſe ſine contrario altero. Quo enim pacto juſti-
tiæ ſenſus eſſe poteſt, niſi eſſent injurię? aut
quid aliud Juſtitia eſt, quàm injuſtitiæ priva-
tio? Quî item fortitudo intelligi poteſt, niſi ex
ignaviæ oppoſitione? Quî continentia, niſi ex
intem-

temperantię? Quo item modo prudentia es-
t, nisi foret contrà imprudentia? proinde (in-
uit) homines stulti cur non hoc etiam desi-
erant, ut veritas sit, & non sit mendacium?
Namque itidem sunt bona & mala, fœlicitas &
fortunitas, dolor & voluptas. Alterum enim
x altero (sicuti Plato ait) verticibus inter se
ontrariis deligatum est. Interim licet contra-
orum eadem sit disciplina, id est, doctrina
el notitia, tamen non est eadem ad effectum
ve finem dispositio sed contraria: quia con-
rariorum contrarii sunt effectus & contraria
tio l. qui accusare ff. de accusationib. & l. fin.
. de Calumniatorib. Quod & Baldus respon-
et in pulchra quęst. ad l. Imper. ff. de stat. ho-
inum & l. cum mulier in 31. columna ff. so-
it. matrimon. Ubi dicit, quod sicut se habet
ausa ad effectum in productione: sic se habet
estructio causę ad destructionem effecti,
uia par est potentia contrariorum l. ab em-
tione in fin. ff. de pact. & l. fin. §. fin. ff. de le-
at. 3. Hinc practicis forensibus in ore est,
uod operatur propositum in proposito, id o-
eratur oppositum in opposito, d. l. fin. in fin.
e Calumniatoribus & uti Angel. & Jason. no-
ant. in §. plus autem Institut. de actionib. cum
imilibus.

Secundò uti philosophis uno oppositorum
affir-

affirmato negatur alterum, ità JCtis etiā uno contrariorum in actione posito, removetur alterum, textus est notabilis in lege si inter me & te ff. de exception. rei judicat. in le. Pomponius §. si is in fin. ff. de procurator. pulcher textus in l. hæc verba ille aut ille 12 circa principium ibi, aut dies est aut nox est de V. S. Ista enim duo sunt contraria, scilicet quod una & eadem res sit mea in solidum, & etiam tua in solidum, quia duo non possunt esse domini ejusdem rei in solidum; neque duo possunt eandem rem in solidum possidere l. ut certo §. si duobus vehiculum ff. commodat. l. 3. §. ex contrario ff. de adquir. possess. Si ergo ponitur unum, scilicet, quod res sit mea, sequitur destructio alterius contrarii, scilicet quod non sit tua; quia non potest esse mea & tua in solidum. Unde si per sententiam pronuntietur quod res sit mea, censetur tacite pronunciatum, quod non sit tua d. l. si inter me & te ff. de except. rei judic. & d. l. Pomponius §. si. is in fin. ff. de procuratorib. Consimilis casus extat apud Ciceronem & Boëthium in topicis vir legavit uxori usumfructum bonor. suor. Is habebat vinum, oleum, & alia quæ usu consumuntur: queritur, an illa debeantur uxori? Resp. quod non, quia ususfructus uxori relictus est, non abusus: In istis autem quæ usu

consu-

onsumuntur non consistit propriè usus fructus, sed potius abusus §. constituitur Institut. e usufruct. & l. 1. 2. 3. 4. 5. ff. de usufruct. ar. rer. quæ usu consum.

Porro ut Philosophis contraria alia mediata uę medium habent abnegationis vel participationis, alia immediata dicuntur, ita & JCtis adem sunt: Quædam enim sunt propriè & nediatè contraria, sed potius subdisjunctiva rimi generis, quorum natura est medium adnittere d.l. hęc verba ille aut ille in §. subdisunctivor. de V. S. In hisce licet ad positionem nius contrariorum sequatur remotio seu deructio alterius: tamen ad destructionem uius non sequitur positio alterius d. l. si inter ne & te ff. de except. re. jud. Unde si in his estruitur unum contrariorum, quia scilicet er sententiam pronuntiatur rem non esse meã, ndè non sequitur positio alterius contrariorum, scilicet quod sit tua: hoc enim non censeur tacitè pronuntiatum d. l. si inter me & te n fin. quia potest esse tertii. Sic etiam non sequitur istud non esse album, ergò est nigrum: quia potest esse glaucum & rubeum. Neque etiam sequitur, Titius non sedet, ergò ambulat: quia potest accumbere sivè jacere d.l. hęc verba §. disjunctivor. de V.S. Nec etiam sequitur, non est prædo, ergo est bonæ fidei possessor ut

est glos.

est glos. notab. in l. sed & si lege commissori §. scire ff. de petition. hæred. sic etiam inter velle & nolle reperitur medium non velle tex notab. in l. 1. §. scientiam de tributor. Quedam vero sunt propriè & immediatè contraria, atque adversa pugnantia, quæ medium non habent, & in his procedit argumentum tam negativè quàm affirmativè in exemplis sequentibus, Ut esse sui juris, esse alieno juri subjectum, esse obligatum, esse liberum, esse vivum esse mortuum, esse liberum, esse servum, & in infinitis aliis, ut vitium non est laudandum, ergo virtus laudanda. In his enim necesse est, ut si unum eorum negetur, alterum affirmetur, econtrà si unum eorum affirmetur, alterum negetur.

De Privantibus.

Ad adversa simul privantia referri possunt, quia è regione perpetuò adversantur, & extremis disjunguntur, & in habitu & privatione, cum adversis coincidunt. Hisce accedit quod omnia privantia sint entia, quamvis alterutrum habitum neget & tollat, quia describi possunt sic nox, quæ est Solis privatio, dicitur umbra terrę contraria diei, nomenque suum habet à nocendo, quod oculis noceat, simul caligo & pruinæ nocti insunt: daturque etiam inter privantia,

ntia, cujuſmodi nox & dies ſunt, medium ſcilicet crepuſculum, eadem ratione à Medicis traditur cœcitatis, à JCtis paupertatis, item à Ethicis ſobrietatis deſcriptio, à Phyſicis mors vocatur ac deſcribitur animæ & corporis diſſolutio; Itaque cum privantia ſint Entia, modo exiſtentia ſibi invicem contraria, & quorum unum de ſubjecto eodem affimatur, alterum negatur, rectè referuntur ad topicum adverſorum, quibus eadem ratio & arguendi affectio ineſt, in quibus duo contraria genera nulli alii ſuperiori ſubordinata opponuntur, ut in topicis adverſorum monſtravimus.

Neque obſtabit quod privantia dicantur contraria negantia, quorum alterum negat in eo tantum ſubjecto, in quo affirmatum ſuapte natura ineſt, hinc privatio præſupponit habitum, quia hoc reſpectu Phyſices aliarumque artium ſpecialiorum ſunt & præcepta & exempla, quæ dum καθ' πάντος regulam aſperuntur, eodem modo ut generaliſſimum logices præceptum non referunt, neque ſeparatum ab adverſis repræſentant, tum etiam quia eadem privantium regula in adverſis locum habet, & quid obſtaret, quo minus virtus & vitium in adverſis tradita, habitum & privationem non referant? dum altetum de ſubjecti affimationem, alterum negationem includit.

CAP.

CAP. 12.

De Contradicentibus.

Contradicentia sunt, quorum alterum ai
alterum negat idem; alterum exprimitu
voce affirmata, alterum negata. Idque in ver
bo quod ubique negat, à Grammaticis peti
tum est, ut virtus non virtus, homo non homo
vel in enuntiatione, ubi affirmatio & negati
ejusdem rei instituitur. Itaque hic sequitur, u
contradictio non in genere aut specie fiat, se
in eod. subjecto. Eadē enim genere aut speci
possunt affirmari & negari, ut omnis equu
hinnit, nullus homo hinnit, homo & equu
sunt eadem genera, quia in eodem genere
continentur, ex quorum affirmatione & ne-
gatione nulla fit contradictio: quia utraque e-
nuntiatio vera est. Item Socrates est Athenien-
sis, Cicero non est Atheniensis, adtributum
Atheniensis de Socrate & Cicerone iisdem
specie affirmatur & negatur, & nulla tamen
fit contradictio. Quare necesse est id numero
affirmatione & negatione subjectum esse, ut
contradictio fieri possit, in qua una pars vera,
altera autem falsa esse deprehendatur: Nam in
contra-

n contadictione non id agitur, ut tota enuntiatio partibus singulis cum tota dissideat enunciatione, sed ut eidem subjecto conttadicentium enuntiationum altera aliquid attribuat, altera removeat idem, ut exempli gratia, Socrates est Philosophus, Socrates non est Philosophus. In utraque subjectum idem est Socrates, sed adtributum est Phllosoph. non est Philosoph. dissentaneum est: quod & de reliquis contradicentibus similiter intelligendum est. Itaque contradicentia medio carere dicuntur non solum participationis, sed etiam abnegationis, idque sine respectu alterius alicujus subjecti, sicut Aristot. tradit Phil. γ. 7. ubi, sed, ait, neque contradictionis ullum omnimodo medium esse potest, sed necesse est vel affirmare vel negare unumquodlibet de altero: quod etiam testatur Boëthius in Tull. topic. inter affirmationem (inquit) & negationem nulla est medietas, sic sedere non sedere, vivere non vivere, contrahere non contrahere, contradicentia sunt in adjecto. Hæc enunciatio (quam alii propositionem, pronuntiationem, pronuntiatum axioma, vel effatum vocant) ex adjunctis partitionem accipit, ut alia sit simplex, alia multiplex, simplex quę constat ex enuntiatis simplicibus, unaque sententia comprehensis: Eaque communis aut propria. Communis

quæ constat ex communibus enuntiatis & a res multas pertinentibus, rursus generalis au specialis.

Contradictio simplex generalis.

Generalis, cum pars utraque est universa, significaturque his notis, omnis, quilibet, totus universus, solus, quisque, unusquisque, quisquis, multus, nullus, nemo, ut & similibus,

Nullus in orbe sinus Baiis prælucet amœnis,
ait Horatius
Omnis in orbe sinus Baiis prælucet amœnis
Contradicat alius:

Catull. in carmine nuptiali disputat utramque partem contradictionis hujus, uti Nulla puella maritanda est: omnis puella maritanda est: verùm particulis hisce non expressis, nihilominus tamen sententia interdùm generaliter & universè concipienda est, ut cum dicis virtutem expetendam esse, perinde est, ac si diceres, omnem virtutem expetendam esse. Eodemque modo præcepta in artibus intelliguntur, quæ catholica & generalia sunt, licet in his particulæ universales non sint expressę: ut Dialectica est virtus disserendi, tantum valet atque hoc, omnis Dialectica est virtus disserendi.

Contradictio specialis.

Specia-

Specialis contradictio constat ex altera parte generali, ex altera speciali, ex qua nomen habet: cujus duo sunt modi. Primus ex affirmatione universa & negatione speciali: ut omnia peccata sunt paria, ut Stoici ajunt: Non omnia peccati sunt paria, ut Acad. ajunt. Secundus constat ex negatione universa, & affirmatione speciali, ut Sapiens nihil opinatur, inquiunt Stoici: Sapiens aliquid opinatur, ajunt Acad. In quo genere idem sumptum specialiter sibi generaliter opposito idcirco facit contradictionem, quia ex his quæ genere continentur, aliquid idem numero negatur, quod illic affirmatum erat, vel contra.

Contradictio propria.

Proprium enunciatum est cum aliquid enuntiatur affirmate vel negate de re aliqua singulari & propria, ut Alexander fuit summus Imperator, Alexander non fuit, &c. Fabulla dives est, Fabulla non dives: Scaurus coëgit socios ad arma, Scaurus non coëgit, &c. sic Ovid. libr. 2. de art. amand.

Jupiter ex alto perjuria ridet amantum.

Propertius contradicit libr. 3.

Non semper placidus perjuros ridet amantes
Jupiter, & surda negligit aure preces.

Contradictio multiplex est, quę constat ex

multiplicibus enuntiatis, & multas ſententi: aliqua conjunctione ſociatas complexis: qu in genere modus contradicendi unus eſt, ut quod affirmatum conjunctim fuerit, iden conjunctim negetur, ut 1°. in Enunciat copulato, cujus ſententię vinculis illis, &, quo atque, & ſimilib. conjunguntur, ut id eſt Æneid

Vna Eurúſque Notuſque ruunt, creberq; procelli. Africus. Cujus negatio eſt.

Non unâ Eurúſque Notuſque &c.

ita 3. Eclog.

Tale tuum carmen nobis divine poëta,
Quale ſopor feſsis in gramine, &c.

Cujus negatio eſt.

Non tale tuum carmen, &c.

Secundò Contradictio multiplex cernitur in Enuntiatio connexo, cujus conjunctio eſt connexiva: In hac interdum partes conditione ſuſpenduntur, ut ſi dicat aliquis ut. 2. Æneid.

Si miſerum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemq; improba finget.

Cujus negatio eſt

Non ſi miſerum fortuna Sinonem, &c.

Aliquando Conjunctio hęc interdum negatur apertius negando conſequentiam ut pro Amer. Non continuò ſi me in ſicariorum gregem contuli, ſicarius ſum.

Tertio cernitur contradictio multiplex in

enuntiato

nuntiato discreto. Discretum è dissentaneis præcipuè diversa enunciat 5. Tuscul. Quanquam sensu corporis judicentur, ad animum referri tamen: cujus negatio & contradictio est, Non quanquam corporis sensu judicentur, tamen ad animum referri.

4º. elucet in argumēto disjuncto cōtradictio. Illa est aut necessaria aut cōtingens: necessaria, ut omnis enuntiatio aut est vera aut falsa: non omnis enunciatio est, &c. Cicero est vir bonus aut non est, &c. Et tum disjunctum dicitur verum esse, cum partes ejus necessariam repugnantiam includunt, ut pars una vera sit, nec plùs una vera esse possit, ut aut dies est aut nox est.

Disjunctio contingens est non absolutè vera, & tantùm opinabilis est, qualis est frequenter in hominum usu, ut Ovid. in epist. Leandr.

Aut mihi contingit felix audacia salvo,
Aut mors solliciti finis amoris erit.

Itaq; non est in multiplici enuntiatio, quemadmodū in simplici, alia contradicendi ratio, sed uniformis, & sui perpetuò similis, si negatio toti enunciationi præponatur. Et quia in his habetur sola ratio affirmationis, & negationis, Unicus erit contradicendi modus, & omnium enunciatorum multiplicium communis, ut quod

conjunctim affirmatum est, conjunctim n getur. Et vinculum, quod sententias copul negatione aliqua affectum, tantam vim obt net, quantam verbum in simplicibus; & ut ill verbum est tanquam anima, ita hic vinculu copulationis, aut disjunctionis, aut connexic nis, aut relationis est principalis forma, & cau sa enuntiati multiplicis. Atqui sic expedit cur Ramo & Taleo viris disertiss. & acutiss. i primogenita Dialectices institutione Enuncia torum usum in topico contradictionum tradi disse, cum nec ulla inter ipsa Inventionis argu menta, ex quib. consequentiæ singulorum deducuntur, & inter doctrinam propositionum sive axiomatum, nec ulla (inquam) reperiatur differentia, nisi per interjectam copulam Est, quam à Grammaticis usu artium promiscuo mutuamur.

De usu Dissentaneor. in genere.

Usus Dissentaneorum in eo consistit, ut qui justa legitimaque ratione doceri non potuit, aliquando contrarii aliena atque absurda consecutione moveatur, hic enim interdum corrupta depravataque sunt ingenia, ut magis agitata pulsataq; quàm monita & docta credant, ut si non possim probare ex causis, aut factis, aut subjectis, aut adjunctis hominem aliquem

de loco

de loco in locum non moveri, dissentaneum
adsumerem hoc modo, hic homo quiescit, ergo de loco in locum non movetur: sic contraria contrariis probantur & curantur, & juxta Aristotel. 2. de cœl. & mundo opposita juxta se posita magis elucescunt. Adferunt enim contraria sive pugnantia orationi lumen, energeiā, & perspicuitatem. Itaque horum usus frequentissimus est in amplificandis illustrandisq; causis. Nam collatione contrariorum omnia fiunt & āpliora & illuminatiora. Sic enim virtus vitiorum, bellum pacis, continentia libidinum collatione sub aspectum magis sese offert. Quod & JCti arguunt scilicet bellorum mala à nullo clarius perspici, nisi qui ea cum pacis emolumento conferat l. unic. in princ. C. de caduc. tollend. Idem de Justitia differunt, scilicet bono ejus ex injustitię incommodis cognosci evidentius posse. Iisdem dissentaneis utimur in objurgationibus, ut cum crimen aliquod adolescentibus objicimus, ut ad virtutem redeant; utimurque in defensionibus, ut Scipio à Petiliis accusatus in Senatu non respondit criminibus, sed è contrariis virtutibus suis disputavit. Denique quoties refractarium & pertinacem volumus impellere, eadem argumenta conquirimus non secus, atque arietem ad quatiendum hostilem murum.

De Contradictionum usu in specie.

Tanta contradictionis firmitas est, ut ne D[…] quidem (ut Ramus facundè in prima Dialec[…]ces institutione sic loquitur) concessum […] utranque partem veram simul efficere: nec […]nim fieri potest, teste Aristotele in Metaphysici[…] ut idem in eodem simul insit & non insit, us[…] enim & firmitas ejus argumenti in contentio[…]nibus & altercationibus primas partes obtine[…] quia ad resistendum & convincendum pluri[…]mum valet. Et superiora quidem argument[…] consentanea plus habent luminis ad docen[…]dum: Contradicentia verò, sicut reliqua dis[…]sentanea, plus habent roboris & firmitatis ad impellendum. Sic intentio erit aliquid esse, de[…]pulsio est id non esse. Nec fortius ex omnibus argument. nec vehementius ullum, quo ma[…]gis, si non doceri atque institui, certè teneri, constringique possint adversarii, quàm si ad contradictionis confessionem cogantur. Sic Cicero Atticum cogit fateri, mortuos miseros non esse, quia nulli essent: quod ille omninò negabat, cum affirmaret mortuos nullos esse, ideoque esse miseros, quia nulli essent. Hujus exempli διάνοια hæc est. Qui non sunt, & ta[…]men sunt miseri, ii sunt & non sunt: At mortui tuo judicio (argumentatur Cicero ad Atti-

cum)

rum) non sunt & tamen sunt miseri: ergò mortui tuo judicio & sunt & non sunt, quod est impossibile. Atqui hoc est ducere aliquem ad impossibile, eumque cogere ad confessionem veritatis, uti hic in Attico videre est. Etiam possunt huc referri, quę in topico subjector, sunt dicta, quod scilicet firma sit argumẽtatio, quæ subjecta removet, ut adjuncta removeantur. Eodem modo vanum scilicet mendacemque credi volumus, qui res tàm incredibiles, tamque dissidentes inter se atq; abhorrentes loquatur. Hoc contradictionis argumento levitatem hominum persæpe coarguimus, qui modò hoc, modo contrarium dicunt, aut faciunt, aut sentiunt.

CAP. 13.

De Comparatis & quidem primùm de Paribus.

TRaditis argumentis Simplicibus, sequuntur Comparata. In simplicibus argumentis res simpliciter considerantur, an sint causę, effecta, an subjecta & adjuncta, an dissentanea, ut diversa vel opposita detracto quantitatis aut qualitatis respectu. In comparatis autem

tes considerantur per collationem quantita-
aut qualitatis, paresnè sint, an impares: simil-
an dissimiles. Et priusquàm in qualitate v
quantitate inter se considerentur, necesse
eas in simplici consensione vel dissensione con-
siderari. Itaque ratione ordinis constat simpl-
cem rerum affectionem in consensione & di-
sensione priorem comparatis esse: Exemp
gratia: doctrina Platonis & doctrina Socrat
non possunt in quantitate comparari, nisi pri
constet utrique doctrinam adjungi: ut, Socra-
tes tàm est doctus, quàm Plato, Sic primò in-
telligitur utrumque esse doctum: deinde com-
paratio utriusque in doctrina mensurat quanti-
tatem, quæ hic notis tàm quàm indicatur æ-
qualis esse.

Proindè comparata dicuntur argument
prima, quia respectu qualitatis aut quantitatis
quà inter se comparantur, eorum explicatio &
natura à nullo superiore dependet. Im
quamvis detracto quantitatis aut qualitatis re-
spectu vel consentanea sint vel dissentanea, ta-
men propterea non sunt argumenta orta. Or-
ta enim eandem affectionem habent cum pri-
mis, undè oriuntur, comparata verò simpliciun
affectionem non habent, quia in illis est simplex
unius ad alterum affectio, sine quantitatis au
qualitatis collatione: In his aut unum in dua
bus plu

us pluribusve, aut duo plurave in una vel duabus pluribusve quantitatibus vel qualitatibus conferuntur.

Et tametsi comparata ipsa comparationis natura ęquè nota sint, attamen (ut benè hic tamus) alterum altero alicui notius & illustrius esse potest, imo debet. Nam ut Quintilianus libr. 8. cap. 3. pręcipit, debet id, quod illustrandæ alterius gratia assumitur, ipsum esse clarius eo, quod illuminat. In omni igitur comparatione hæc cautio adhibenda est, ut illud, quod pro argumento assumimus, notius sit ei, quo cum disserimus, quàm id quod arguitur.

Et hoc modo comparata afferunt maximam rebus obscuris lucem. Nam ut consentanea potissimùm ad probandum, & dissentanea ad refellendum sunt aptiss. sic comparata insignem usum & splendorem ad illustrandum suppeditant; & pręterquam quod movendis affectibus sint accommodata, rudes etiam auditorum animos ipsa rerum imagine captatos ac veluti stupidos in opinionem quandam pertrahunt. Plus tamen consensionis apud sequacem auditorem merentur, quàm vel fidei vel probationis apud renitentem.

Suntque itaque ea comparata, quæ inter se conferuntur in tertio aliquo communis aut

quoque

quoq; pluribus, cadûtq; in res universas sive verè existentes sive fictas: sive corporeas, sive incorporeas, quę tametsi ipsa cõparationis natura æquè nota sint, attamẽ alterũ altero alicui notius & illustrius esse potest, ut dixi, & sæpe non breviùs indicantur, aliquando partibus plenius distinguuntur, quæ propositio, redditioque nominantur: Illa comparatio contracta dicitur, hęc explicata: contracta per unam vocem & notam exprimitur, ut Crassus est par Antonio dicendi facultate. Nota est vocabulum par: explicata à duabus constat partibus propositione & redditione, ut propositio est prima comparationis pars, quę ad explicandam & arguendam redditionem adhibetur. Redditio est secunda comparationis pars, quæ à propositione arguitur & admonstratur, ut quot conchę sunt in litore, est propos. tot adversis premitur Ovid. est redditio.

Paria.

Cõparatio est in quãtitate vel qualitate. Quantitas qua res comparatę quantæ dicuntur. Estq; parium vel imparium. Paria sunt quorum est una quantitas, id est, eadem, æqualis, neque major, neque minor in corpore, substantia, dimensione & magnitudine; eaque affectione non modò quantitas in redditione, sed o-

mnium

nium rerum vis, facultas, natura & affe-
io par aut impar arguitur. Hic quantitas non
olùm pro magnitudine & numero (quæ est
uantitas mathematica) sumitur, sed pro qua-
bet ratione, sive affectione, qua res quęlibet
nter se comparatæ quantę, id est, æquales vel
ęquales dicuntur, vel pares vel impares. Et
uamvis inter similia & paria videatur magna
besse affinitas, tamen ex definitionib. eorum
iscrimen apparet, quia in paribus quantitas
qualis, & in similibus qualitas & similitudo
ectatur, dein ut Cic, in Topic. tradit, paria
on admittunt elationem & submissionem, si-
ilia verò admittunt. Itaq; κατά τι majus mi-
ori simile esse potest, sed par nullo modo.
jusq; quantitatis notæ sunt par, ęquale, ęquare,
é, quod, tàm, quàm, tanto, quanto, tot, quot, &
on magis, non minus. ut Virgil. 2. Æneid.

Par levibus ventis.

Idem 1. Æneid.

Et tunc æquali tecum pubesceret ævo.

Idem 6.

En hujus nate auspiciis, illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit olympo.

n primo exemplo levitas Creusæ pari ven-
orum levitate: in secundo ętas Astyanactis pari
etate Ascanii: in tertio magnitudo tum Roma-
i imperii pari magnitudine terre, tum animo-
rum pa-

rum pari amplitudine cœli arguitur, Simile t illud seq; Cic.4.Catil. Cujus res gestæ atq; v-tutes iisdẽ, quibus Solis cursus, regionib. ac t. minis continentur, & 2.Phil. Quorum facir s commune, cur non eorum præda communi

Et. Æneid. 4.

Tam facti pravique tenax, quàm nuntia veri:

Famæ adjuncta sunt paria.

Ita quanto major est hominis dignitas & a. toritas, tanto majus est & excellentius ejus cr-men, dum omnes cives talem quasi in theat. constitutum principem intuentur, qua de : Poëta.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major, qui peccat habetur.

& alibi,

Nec minor est virtus, quàm quærere, parta tueri; id est, tanta res est conservare res partas, quan est acquirere.

Talis est à paribus desumpta illa Salust. sen tentia: Majores vestri parandi juris & consti tuendæ Majestatis gratia per secessionem ar mati bis Aventinum montem occupavere: vo pro libertate, quam ab illis accepistis, nonn summa ope nitemini? & porrò à turpitud. ma jori ad minus concludit; atque (ait) eo vehe mentius, quod majus dedecus est parta amitte re, quàm omninò non paravisse. Item ex effe-

ctis &

tis & adjunctis sunt hęc paria: Tale est illud Martialis,

Par scelus admisit Phariis Antonius armis,
Abscidit vultus ensis uterque sacros,

item Virgil.

Nec non Evantem Phrygium, Paridisque Mimanta
Æqualem, id est *tantum, quantus erat Paris.*

Item Martial.

Quanta quies placidi, tanta est reverentia Nervę.

Sic Ovidius exul apud Getas amplificat multitudinem suarum miseriarum sex paribus Trist.

Litora quot conchas, quot amœna rosaria flores,
Quotque soporiferum grana papaver habet,
Sylva feras quot alit, quot piscibus unda natatur,
Quot tenerum pennis aëra pulsat avis:
Tot premor adversis: quæ si comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Comparatio parium ab affectis elucet etiam in isto Ovidii carmine.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achillæo tollere more potest.

Id est, solus Augustus potest sanare Ovidium, qui solus eum afflixit more Achillis, qui Telephum, quem vulneraverat, repercussum sanavit. Sic Cicero pro Syll. defensionis suę officium tuetur adversus Torquatum à pari-

bus fa-

bus factis, quæ sunt accusare inimicum & d-fendere amicum, cum aït, inimicum accusa & amicum ipse defendo meum & Ovid. 1. Fa

In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias: pauper ubique jacet.

Sensus est, ut dives in pretio, sic pauper ja-cet. Sunt exempla paria à privantibus & po-tissimum Adversis desumpta.

Et sic Contraria contrariorum sunt conse-quentia, in quibus par pari refertur non tam disputando, quàm repugnando, cum lacessi par pari reponimus, qualis est Ecl. 3. apud Vir-gil. contentio pastorum: Damętæ primò ho-ænigma reponentis.

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo
Treis pateat cœli spatium, non amplius, ulnas

Et Menalcæ alterum ænigma reponentis qui cum quæstioni respondere non posset, pa-rem aliam difficultatem reposuit.

Dic quibus in terris inscripti nomine regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

Huc etiam referuntur ἀντικατηγορίαι Rhe-torum, & allę id genus regestiones, in quibus, ut dici solet, clavum clavo pellimus vid. Matth. 21. 23. 24. Tale est illud Ciceron. 2. de offic. ubi Cato cum quęreretur ab eo, quid esset fœ-nerari? respondendo regessit, quid hominem occidere? In hoc autem Collationis genere, sicut

sicut in reliquis proximis, usus, lectio, exercitatio varietatem uberem nondum præceptis inclusam inveniet.

Et quia paria non habent elationem aut submissionem, similia autem admittunt, regula consequentiæ ex jure civili de paribus ad similium locum rejicio, non ut omnes in specie tradam (sunt enim innumerabiles pro casuum diversitate) sed aliquot saltem, ut in causis forensib. vividum & incorruptum Eloquentiæ usum demonstrem, idem ratione instituti in comparatis à majore, minori & dissimili facturus.

CAP. 14.

De Majoribus.

Imparia sunt, quorum quantitas non est una, id est, quorum non est par ratio, sed diversa, ideoque plures, quarum alia major, alia minor. Nam ut paria in una quantitate, ita imparia in pluribus comparantur. Jam verò ex iis quæ imparem quantitatem nacta sunt, necesse est alterius quantitatem excedere, alterius verò excedi. Propriæ notæ sunt hujus rationis, non solùm, sed etiam, plus quâm, potius hoc, quam illud, cum tum, & malo hoc quam illud, tale est illud Tacit. de morib. Germanor. tutius est

de actis Deorum aliquid credere quàm scire tutius est, id est, majus, melius est ratione securitatis. Majus est, cujus quantitas excedit scilicet id quod est minus, quod ab eo arguitur undè majus dicitur respectu minoris, & id majus est, quod quavis ratione excessum sivè elationem habet, & ad extenuationem alterius amplificatur probabilitate, difficultate, magnitudine, numero, potentia, auctoritate, præstantia, &c. Itaque apparet, quod argumentum à majori desumatur ab eo, in quo est major ratio, proceditque ad id, in quo est minor ratio, etiam apud JCtos, ut in fin. dicemus: & tũ ex majoribus minora disputantur, & quando ea elatione & excessu sui conferuntur cum aliqua re minore, quę sit in quæstione posita: ut apud Ovidium:

An satis ô Superi tutos fore creditis illos,
Quum mihi qui fulmen, qui vos habeoq́, regoq́,
Struxerit insidias notus feritate Lycaon.

Quæstio est, an Fauni à Lycaontis insidiis sint tuti; quod Poëta negat argumento deducto à majori ad minus, si Lycaon struxit insidias Jovi, qui tanta potestate armatus, ergo & Faunis struere poterit. Ita cum Ennius ait: Tollitur medio non solum ista verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam domina rerum sapientia: Comparationis hujus ea vis est, tollitur domina rerum

a rerum ſapientia. Quid mirum igitur ſiver-oſa ſimulatio prudentiæ tollatur? Sic Virgil.

O ſocii neq́; enim ignari ſumus ante malorum:
O paſsi graviora; dabit Deus his quoq́; finem.

Hic Æneas tempeſtate afflictus, & in Libyam ejectus ſocios conſolatur à majoribus & ex-citat ad tolerantiam futuror. malorum: vos inquit, graviora paſſi eſtis: leuia igitur, ſi quæ acciderint, pati poteritis: ita Cicero de decem viris, niſi fortè nihil eſt æquum vos de eorum audacia ſuſpicari, quorum cupiditati nimium anguſtus orbis terrarum eſſe videatur: quaſi di-xerit; Non dubium eſt, quin decem viri au-deant aliquid concupiſcere: quia terrarum or-bis eorum cupiditati non ſuffecit; Quod cer-tè majus eſt, quam aliquid audere concupiſce-re. Item Cic. pro Muren. Noli tam eſſe inju-ſtus, ut cum tui fontes vel inimicis tuis pateãt, noſtros rivulos etiam amicis putes clauſos eſſe oportere; arg. tale eſt ſi Sulpitius vel inimicis abundantiſſime conſulat, ergo Cicero poteſt & debet amicis mediocriter conſulere. Et uti poſſibilium, ſic quoque impoſſibilium compa-ratio in & à majoribus admonſtratur ut 5. Æneid.

Magnanime Ænea, non ſi mihi Jupiter author
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cœlo:
Mutati tranſverſa fremunt, & veſpere ab atro

Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër:
Nec nos obniti contra, nec tendere tantùm
Sufficimus.

Hinc quoque sumitur logica quædam gradatio, climaci Rhetorico interdum conjunct hoc interim discrimine adhibito, ut Clima Rhetoricus ad ejusdem verbi repetitionem respiciat, logica verò gradatio ad gradus quantitatis continuò ascendentes, quibus Cic. pro Mil. magis magisque concludit innocentian Milonis, quod ille occiso Clodio Romam continuò reversus sit, ubi se populo commisit. Neque verò se populo solum, sed etiam Senatu tradidit: Neque Senatui modo, sed etiam publicis præsidiis & armis, neque his tantum, verùm etiam ejus potestati, cui Senatus totam Rempub. omnem Italię pubem, cuncta popul Romani arma commiserat.

Sententia collationis est: Milo tradidit se Senatui, quid mirum igitur, si populo? Antecedens majus cum sequente minore comparatur id est, Senatus cum populo: Eodemque mod reliquæ partes gradationis hujus resolvend sunt. In hujus autem notę exemplis NON SOLUM est nota Minoris, & redditioni inseruit, vox SED.ETIAM est nota Majoris, & inseruit propositioni. Huic notę affinis est IMO VERO ut Cat. 1. hic tamen vivit: vivit imo

nò verò in Senatum venit. Item affine est il-
ıd Cic. Ver. 3. Non furem, sed raptorem: non
lulterum, sed expugnatorem pudicitię; non
crilegum, sed hostem sacrorum religionum-
ıe: non sicarium, sed crudeliss. carnificem
ivium sociorumque in vestrum judicium ad-
ıximus: hujusmodi enim argumenta à ma-
ri deducta non modò orationi amplificandæ
onducunt mirifice, sed inprimis juvant con-
cturam; tale est illud Comici: Nam qui
ıentiri aut fallere insuêrit patrem, aut audebit,
ınto magis audebit cæteros. Item à majori
:c. hoc est, Si ob proditam libertatem Brutus
roprios occiderit liberos, debet puniri &
ansfuga.

Huc simul pertinebit Ciceronis discursus,
ı quo Catilinæ causam extenuat, ei bonor. ci-
ıum meliorem causam opponendo: si, inquit,
is rebus omissis ipsas causas, quæ inter se con-
igunt, contendere velimus: ex eo ipso quàm
aldè ipsi jaceant, intelligere possumus. Ex hac
nim parte pudor pugnat, illinc petulantia:
inc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc
raudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc con-
tantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpi-
udo: hinc continentia, illinc libido. Metony-
nia continua est ex adjunctis subjecta signifi-
ans, ut ex pudore pudentes, ex petulante pe-
tulan-

tulantes, &c. Denique æquitas, temperanti fortitudo, prudentia, virtutes omnes certa cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavi cum temeritate, cum vitiis omnibus: postrem copię cum egestate, bona ratio cum perdit mens sana cum amentia, bona denique sp cum omnium rerum desperatione confligit. I hujusmodi certamine ac prælio, nonnè etiam hominum studia deficiant, Dii ipsi immortal cogent ab his præclariss. virtutibus tot & tant vitia superari? Et dum Orator virtutes bono civium superiores esse vult Catilinarior. vitiis quæstio principalis concluditur ex proxim collatione rerum utrique parti adjunctarum quæ inter se collatæ impares sunt, quia virtutes ut superiores cum vitiis ut levioribus conferuntur.

Regula ex majori ad minus procedit, ut si majus fuerit probabilius, difficilius & incredibilius certe neque illud erit, quod minus est probabile juxtà illud Ciceronis axioma, quod in re majore valet, valeat in minore. Inde apud JCtos Argumentum etiam à majori procedit affirmatè & negatè: negatè hoc modo, si id quod magis inest non prędicatur, neque id quod minus c. licet universis & ibid. Glos. de testib. & l. 1. C. de negot. gest. Undè si rex non potest oppugnare castrum, ergò nec miles capit. si

bit. si ergo & ibi glo. distinct. oct. q. 1. & c. si Paulus glo. 34. quæst. 5. Hoc argumento à majori utitur Salvator noster in Euangelio Luc. 16. in fin. Si (aït authoritate Abrahami) Mosen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis suscitatus fuerit, credent: & habet illud argumentum à majori etiam locum in delictis & pœnis delictorum secundùm Bald. in l. si quis non dicam rapere in princ. C. de Episc. & cler. Unde valet consequentia, si non puniatur delictum consummatum, ergo nec etiam attentatum: & si non licet occidere, ergò nec vulnerare Bald. d. loc. Item valet affirmative si vigore statuti liceat occidere rebannitum vel adulterum, licet verberare vel vulnerare Bartolus in l. nec in ea §. jus occidendi ff. ad l. Jul. de adult. & in l. relegator. §. intercedere & seq. ff. de interdict. & relegat. Hinc etiam est, quod si per statutum filia dotata non succedat patri ab intestato extantibus filiis masculis, nec etiã neptis ex filia succedit per d. reg. si id quod magis videtur inesse, non inest, nec etiam id quod minus, ut singulariter decidit Cyn. in l. 1. ante fin. C. quæ sit long. consuetud. Hanc quęstionem de filia à majori ad minus eleganter proponit Joannes Andręas J C. in additionibus ad speculum in rubrica de testamentis circa finem amplificatiori hoc casu, quod si (aït) te-

ſtator habens duos fratres Sejum & Mævium Sejum inſtituit heredem; & rogat eum, ut ſi de cedat ſine liberis, reſtituat hereditatem Mevi fratri, vel ſuis heredibus maſculis; poſt hoc de cedit teſtator, deinde Mævius relicto nepote e filia, & ultimò decedit Sejus ſine liberis; reſp quod talis nepos ex filia ad fideicômiſſum no admitteretur, quia filia Mævii, quæ eſt in grad propinquiori, non admittitur propter illa verba hæredib. maſculis: ergò multo minus nepos e filia, qui eſt in gradu remotiori, admittitur a fideicommiſſum.

Itaque apparet, quod argumentum à major ſumatur ab eo, in quo eſt major ratio, proceditque ad id, in quo eſt minor ratio, uti dictum in præallegatis fuit. Etiam hoc argumentum affirmative procedit in l. 19. ſi quando C. de teſtibus ubi Imp. arg. ſi pro toto litis certamine jurijurando teſtium ſit credendũ, ergo producens ſuam teſtibus preſentiam ſacramento eorum credere debet.

CAP. 15.

De Minoribus.

MInus eſt, cujus quantitas exceditur, ſcilicet à majori, & cum ex his majora commonſtran-

onſtrantur, itaque Argumentum minoris eſt, uando majus à minore arguitur, proceditque atio minoris ad id, in quo eſt major ratio etım inter J Ctos. A minoribus enim non minor opia rerum deſcendit: conferunturque cum liqua parte quæſtionis majore: hoc argumenı, quo diſſerimus eſt, minus, & pars quęſtionis, uæ probatur, major, ut Cic. ſi vir Ampliſſ. 'ub. Scipio Pontifex Maximus Tyberium Gracchum mediocriter labefactantem Reiub. ſtatum privatus interfecit, Annon Catiliam totum orbem terrarum cęde atque incendiis vaſtare cupientem nos Conſules perferenus: hæc quæſtio eſt, an Catilina ſit ferendus erduellis, ſeditioſus, negat Cicero, probatque minore ad majus, ut ſi Gracchus mediocriter abefactans Rempub. ſit ſublatus à Scipione rivato, ergo & Catilina, qui totum terrarum rbem cæde atque incendiis vaſtat, à Coſſ. tolendus: ſic Scipio privatus cum Cicerone conule, Tiber. Gracchus mediocriter convellens Rempub. cum Catilina eam perdere cupiente comparatur.

Præterque notas Minus ſæpè indicatur per grammaticam comparationem & negationem parium: per nomen comparationis uſitatiſſ. eſt minorum & vulgò familiariſſ. modus, ut apud Ovidium de Triſtib.

Sævior est tristi Busiride, sęvior illo,
Qui falsum lenta torruit igne bovem.

Quæ comparatio ita sese habet Busiris fu sęvus tyrannus & Phalaris: tu verò multo ſę vior & crudelior. Ex hoc genere sunt ista, mel dulcior, sive candidior, silice durior, vitro fra gilior, glacie frigidior, pluma levior, Demo sthene facundior, Protheo mutabilior, The site deformior, Thrasone gloriosior, Phormio ne confidentior, Penelope castior, Ulysse ca lidior, Cręso ditior, Iro pauperior. Fitque ho etiam modo comparatio apud Virgilium d Lauso.

quo pulchior alt
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Formulæ quæ fiunt per negationem parium sunt hujusmodi ut Philip. 9. Omnes ex omni ætate qui in hac civitate intelligentiam juri habuerunt, si unum in locum conferantur cum Servio Sulpitio non sunt conferendi: ratio hujus collationis hæc est, multi fuerunt in hac civitate JC. præstantiss. Sed Sulpitius his omnibus præstantior est: Itaque Sulpitii prudentia in jure dicundo augetur collatione alior. JC-torum. Ita Cicero de eod. Sulpitio: Quod si cuiquam justus honor habitus est in morte legato, in nullo justior, quàm in servio Sulpitio reperietur.

Item

Item Cic. pro Marcel. Tantum abes à perfectione maximor. operum, ut fundamenta, quę cogitas, nondum jeceris. Sic Horat.

Vt jugulent homines, surgunt de nocte latrones,
Vt te ipsum serves, non expergisceris.

Collatio horum minor. ejusmodi est, Cæsar fundamenta reipub. nondum jecit: Valde igitur abest, ut rempub. perfecerit. Similes collationes crebræ sunt in communi & populari hominum usu, uti in Horatii carmine supra. Et in Ovidii 1. de remed.

Vt corpus redimas, ferrum patiaris & ignes,
Arida nec sitiens ora levabis aqua:
Vt valeas animo quicquam tolerare negabis,
At pretium pars hæc corpore majus habet.

Cujus exempli dianoja hæc est. Si quidvis patiaris corporis causa, multo magis debes animi causa. Hic corporis quantitas sivè pretium ab animo exceditur. Tale est illud in sacris: Dei providentia ne passeres quidem deserit, ergo homines nullo modo deseret. Consecutio hęc definitione confirmatur, quia homines multò præstant passeribus Matth. 6. 26. Item illud Paul. 1. ad Timoth. c. 3. v. 5. Nam si (aït) Quis scil. Episco. proprię domui præesse non novit, quomodo Ecclesiam Dei curabit? Et illud è sacr. si licet in Sabbato bovem servare, ergo multo magis hominem.

Huc

Huc pertinet ſimul hyperbole, qua oritu mira ſublimitas orationis, cum reb. inanimat actum quendam & animos damus, ut Cic. pr Muræn. Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis a gitationes fluctuum, quantas perturbatione & quantos æſtus habet ratio Comitiorum? Hi Comparationis vis incluſa eſt: Tempeſtate maris multę ingenteſq; ſunt, ſed fluctus Comi tiorum popularium multò plures majoreſque

Simile eſt illud Ciceronis pro Archia, Saxa & ſolitudines voci reſpondent: beſtiæ ſępe immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt, Nos inſtituti rebus optimis non Poëtarum voce moveamur? huc ſimul pertinet comparatio Impoſſibilium, quæ procedit à magna aliqua ac difficili impoſſibilitate ad majora ac difficiliora.

Sic Virgil. Ecl. 1.

Ante leves ergo paſcentur in æthere cervi,
Et freta deſtituent nudos in litore piſces:
Antè pererratis amborum finibus exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrin,
Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.

Comparatio ſic intelligi poteſt: Difficillimum eſt cervos in aëre paſci, aùt mare ſiccare, aut diſjunctiſſimos fluvios mutatis inter ſe locis fluere, difficilius eſt memoriam Auguſti

Cęsaris ex animo Virgil. excidere, cætera facilius eventura affirmat, quàm ut ipse Cęsaris oblivisceretur, Sic Ovid. libr. 1. de Tristib.

Vere prius flores, æstu numerabis aristas,
Poma per autumnum, frigoribusque nives,
Quàm mala, quæ patior toto jactatus in orbe:
Dum miser Euxini litora sæva peto.

Ad hunc locum etiam refertur comparatio mixta partim ex minori, partim ex majori deducta: In quo genere est illud Juvenalis adversus gloriosum nobilem.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodò tu sis
Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas,
Quam te Thersitæ similem producat Achilles.

Id est malo tibi patrem esse pessimum scil. Thersit. infimę sortis hominem, dummodò tu sis generosus & nobilis, quàm patrem tibi esse optimum Achillem, ut tu ipse sis pessimus.

In hoc carmine modus comparationis mixtus est, qui & à minoribus ad minora gradatim procedit; Itur à minoribus ad majora in primis duobus versibus, at in tertio versu itur à majori ad minus scilicet ab Achille patre ejusque virtutibus ad filium Thersitem ejusque vitia.

Huc etiam pertinent amplificationes eximię, cum gradatim à majoribus itur ad majora ut Cic.

ut Cic. 7. Verr. Facinus est vincire civem Romanum: scelus verberare: propè parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? hoc gravius est, quo Verris flagitio omnia ista leviora sunt. Ejus generis est exemplum 2. Philip. O rem non modò visu fœdam, sed etiam auditu si inter cœnam, in tuis illis immanibus poculis hoc tibi contigisset, quis non turpe duceret in cœtu verò populi Romani magister equitum publicum negotium gerens, cui ructare turpe esset, frustis esculentis, & vinum redolentibus gremium suum, & totum tribnal implevit. In hoc exemplo, est duplex collatio à minori καθ' ὑπόθεσιν 1°. si inter pocula vomuisset, turpe fuisset: ergò multo turpius in foro. 2°. In cœtu P. R. turpe fuisset mag. equit. ructare: ergo eundem vomendo frustis esculentis Vinum redolentibus gremium suum & tribunal implere turpius.

Ex hoc porro genere comparationis singulares quædam sunt in Poëtis & Oratoribus amplificationes. ut Virg. libr. 1. Æneid.

Pallasne exurere classem
Argivûm, atque ipsos potuit submergere Ponto,
Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei?
Ipsa Jovis rapidum jaculata è nubibus ignem
Disjecitque rates evertitque æquora Ponto.
Ipsum expirantem transfixo pectore flammas

Turbi-

Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.

Hęc protasis est comparationis, in qua facta Palladis adversus græcos narrantur, quę dea inferior est Junone: mox sequitur apodosis & redditio majoris.

Ast ego quæ Divûm incedo regina, Jovisque
Et soror & Conjunx una cum gente tot annos
Bello gero! & quisquam numen Junonis adoret
Præterea? aut supplex aris imponat honorem?

Hoc etiam argumento Cicero suadet Catilinæ, ut ex urbe exeat: Servi me hercule, si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris?

Sic Ovidius amplificat Augusti laudes collatione Romuli, quem, dum ejus facta factis Augusti minora comparat, modis omnibus minorem facit,

Romule concedes, facit hic tua magna tuendo
Mœnia, tu dederas transilienda Remo.
Te Tatius, parvique Cures, Ceninaque sensit:
Hoc duce Romanum est Solis utrumque latus.
Tu breve nescio quid victæ telluris habebas:
Quodcunque est alto sub Jove Cæsar habet.
Tu rapis, hic castas duce se jubet esse maritas:
Tu recipis luco, repulit ille nefas.
Vis tibi grata fuit: florent sub Cæsare leges:
Tu domini nomen, principis ille tenet:

Te Re-

Te Remus incusat, veniam dedit hostibus ille,
Cœlestem fecit te pater: ille patrem.

Sic poëta amplificat laudes Augusti Cæsa extenuatione Romuli, qui Romam condid. Quæstio principalis initio ponitur: Romu concedes: Deinde novem Romuli facta mino ra cum totidem majorib. factis Augusti dispu tantur, quæ relata ad quæstionem, facta dicun tur, Romuli scilicet & Augusti: inter se ve collata, alia minora alia majora sunt. Sic C cero dùm Imperatorem JCto comparat, ex tenuat scientiam & industriam JCti ad augen dam gloriam Imperatoris, ut pro Muræna: Qu potest dubitari, quin ad consulatum adipiscen dum multò plus dignitas afferat res militaris quàm juris civilis gloria? Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille ut eò, quo intendit maturè cum exercitu perveniat: te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat tu actionem instituis, ille aciem instruit: tu caves, ne tui consultores, ille ne urbes aut ca stra capiantur: ille tenet & scit ut hostium copię tu, ut aquę pluviæ arceantur: ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. Hic quęstio primo loco ponitur: Quî pteost dubitar quin ad consulatum adipiscendum multò plus dignitatis afferat res militaris, quàm juris ci- vilis scientia? Deindè argumenta quęruntur ex

factis

ctis JCti & Imperatoris; è quibus inter se collatis illa minora sunt, hæc majora.

Et quamvis hæc trium argumentor. generum parium, majorum, minorum potius ex factis parib. ex adjunctis majoribus, & ex factis minorib. deducta sint, tamen inter se, ut dixi, collata dicuntur argumenta comparata. Et uti argumenta à majori, ita etiam rationes à minori insigne pondus ac lucem rebus afferunt, ita Cic. in offic. arg. si turpitudo in corporis deformitate aliquid habeat offensionis, quanta illa depravatio & fęditas animi turpificati videri solet? Item Cic. pro Mil. si lex 12 tabular. permittit nocturnum occidere furem, quid latronem? Ita à minori & illud desumptum, Achivi ob unius raptum Helenæ Trojam everterunt, quæ igitur satis magna pœna Romanis ob raptum Sabinar. esse potest?

A minori ad majus regula consequentię procedit, interdum affirmative, etiam alioquoties negative, hinc inde, ut in exemplis supra allegatis demonstravimus; quod non tantùm Philosophis sed & JCtis usu frequens & receptum est juxta communē ac vulgarem regulā, quod in re minori valet, valeat in majori scilicet non in eadem sed alia re: Et si id inest quod minus inesse videtur, multo magis id inest, quod magis inesse videtur, scil. non iisdem sed diversis

ſubjectis. Et ſumitur iſte arguendi modus à m
nori, ſcilicet ab eo in quo eſt minor ratio, ad i
nempè aliud, in quo eſt major ratio, hujus axic
matis varii & notabiles in jur. civili textus oc
currunt ut in l. 4. ff. de ſenat. Qui indignus e
inferiori ordine, indignior eſt ſuperiore d.l. I
in auth. ſicut, auth. multo magis C. de SS. Ec
cleſ. ubi ſicut alienatio rerum Eccleſ. interdic
tur, multo magis prohibetur ipſius monaſter
alienatio. Et in l. 3. C. de condict. indeb. ul
Imper. arg. ſi pecuniæ indebitę ſolutio repe
poteſt, multo facilius cauti ſivè ſcripturæ con
dictio competit, nec non doli exceptio agen
opponetur: Item in l. fin. C. qui ætate, ubi Im
per argumentatur ſi major 55. annis ſe pote
excuſare ab onerib. ergo major ſeptuagenario
Et in §. 4. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſtat. ſo
ubi Imper. argumentum tale eſt, ſi pater pote
per emanipationis modum poteſtatis ſuę nexi
filium liberare, ergo Imper. poteſt per ſumm
patriatus dignitatem ab aliena poteſtate, f
lium eximere, quem ſibi patrem elegit. Ita a
gumentantur JC. à minori ad majus ex l. ite
ſi fundi §. huic vicinus tractatur eſt ff. de uſu
fruct. quod cum uſufructuario, qui ad temp
& ad vitam utitur re, accreſcat incrementu
alluvionis, etiam adquiratur magis Emphite
tæ, qui in perpetuum rei uſum habet. Hoc a
gum

umentum à minori etiam locum habet in
rohibitivis, delictis scilicet & pœnis eorum
si quis non dicam rapere & ibid. Bald. C. de
piſc. & cler. Nam ſi punitur attentatum, mul-
o fortius conſummatum d. l. Hinc etiam eſt,
uod libertus, qui non debet lędere famam
atroni ſui, non poteſt eum in adulterio deprę-
enſum occidere: quia cujus famæ, multo ma-
is vitæ parcendum eſt, ita ſingulariter hoc ar-
umento uſus decidit Papinianus in l. ſi adul-
erium inceſtu §. liberto ff. ad leg. Jul. de adult.
Iinc etiam eſt, quod fur nocturnus pro re vili
ccidi non poſſit, nam cum pro re vili non de-
ur actio famoſa l. ſi oleum ff. de dolo: multo
ninus occidi non poteſt d. §. liberto.

CAP. 16.

De Similibus.

TRadito primo genere comparationis in quantitate, tribuſque ejus formis parium, majorum, minorum explicatis, ſequitur Comparatio in qualitate, qua res comparatę quales dicuntur nempè ſimiles aut diſſimiles in forma & adjunctis: illic res ejuſdem hic diverſæ qualitatęs comparantur. Similia ſunt, quæ ha-

bent eandem qualitatem, ſic Cicero & D-
moſthenes conſentiunt qualitate 1. dicendi f-
cultate. Hic repetemus differentiã inter par
& ſimilia, cum magna iis ineſſe videatur affi-
tas. Diſçrimen autem eorum indè appar,
quod in paribus quantitas & æqualitas, & in
ſimilibus qualitas & ſimilitudo ſpectetur,
quod paria non admittant elationem & ſu-
miſſionem, ut Cic. in Topicis, ſimilia verò a-
mittant, ſic majus minori κατά τι ſimile eſſe
poteſt, ſed par nullo modo.

Similiũ cõparatio eſt ſimplex brevis & co-
tracta, cum ex ſimili ſimile demonſtratur, cu-
jus notæ ſunt, ſimilis effigies, tanquam, mo-
re, inſtar, quaſi, ſicuti, haud ſecus, haud ali-
ter, non diſſimilis, non diſpar, vel eſt plena &
multiplex, cum ex multis ſimilibus unum au
multa ſimilia probantur, conſtatque in propo-
ſitione & redditione, & hujuſmodi notis ſæp
tractatur, talis, qualis, ut, ſic, quemadmodum
ita, cum ſcilicet ſimilitudo nota aliqua magi
obiter indicatur, quàm perſpicuè explanatur
Prioris generis exẽpla ſunt in Piſ. unus ille die
mihi inſtar immortalitatis fuit, quo in patriam
redii. Pro Pompejo, Itaq, omnes quidem nunc
in his locis Cn. Pompejum ſicut aliquem non
ex hac urbe miſſum, ſed de cœlo delapſum in-
tuentur, & 3. Æneid.

Haud

Haud secus ac jussi faciunt.

Item ex hoc genere sunt illa Ciceronis, ut ima actione in Verrem, sed repente è vestigio homine tanquàm aliquo poculo Cyrceo fa-us est Verres, & Action. 7. Ut ex illo metu ortis, & tenebris quasi luce libertatis & odo-legum recreatus revixisset: item pro Balbo, eq; inconstantis esse puto sententiam aliquam, nquam aliquod navigium ex Reipub. tem-estate moderari, Virgil. 2. Æneid.

Instar montis equum divina Palladis arte
Ædificant.

militer Cicero 9. Philip. Quanquam nullum onimentum clarius Servius Sulpitius relin-uere potuit, quàm effigiem morum suorum, rtutis, constantiæ, pietatis, ingenii filium. In hc exemplo nota similitudinis est vocabulum ffigies, quo Sulpitius filius declaratur esse pa-is similis, quoad ingenium, animi mores ac rtutes: Et 1. Æneid.

Os Humerosque Deo similis.

liquoties nota subintelligitur ut Cic. pro ext. cujus ego patrem Deum atque parentem atuo fortunæ nominisque mei, id est, tanquàm Deum atque parentem.

Comparatio similitudinis plenæ & multi-licis apertiùs exprimitur, atque in ea aliquan-o propositio redditioq; uno verbo, claudun-

tur, ut Cicero ad fratr. Quemadmodum gubernatores optimi vim tempestatis, sic sapientissimi viri fortunę impetum persæpè superare non possunt: & Agrar. 1. Nonne acerrimè tanquàm hosti armato, sic huic legi pro vestris resistetis? hæc sunt ex adversis. Aliquan Propositio, Redditioque suis separatim verb explicantur & clausulis distinguuntur, ut Ovi

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Et Virgil. Eclog. 5.

Tale tuum carmen nobis divine poëta,
Quale sopor fessis in gramine.

Item Cicer. 2. Philipp. Sed nimirum ut qedam morbo, & sensus stupore suavitatem cii non sentiunt, sic libidinosi, avari, facinorosi veræ laudis gustum non habent: Similitudo est vitiis corporis ad animi vitia. Ex causis simili. Cic. arg. sic 2. Philipp. ut Helena Trojanis, i iste huic Reipub. causa belli, causa pestis at exitii fuit. Cic. ex adjunctis pro Murę̃n. nam tēpestates sępè certo aliquo cœli signo cōm ventur, sępè improvisò nulla ex certa ration obscura aliqua ex causa concitantur: sic in h comitior. tempestate populari sæpè intellig quo signo commota sit, sæpè ita obscura est, casu excitata esse videatur. Item à subjectis ta est: Quemadmodū medici leviter ęgrotantes l

vit

ter curant, graviorib. autẽ morbis periculosas
urationes & ancipites adhibere coguntur: ità
os in levibus periculis non valde perturbari, in
gaviorib. autem Reipub. motib. nos periculis
fferre, ac pro patriæ libertate vitã profundere
ebemus. Ab effect. similib. hoc est, Jure occi-
us M. Manlius ob regnum affectatum, sicut
p. Melius. Ex hoc adjunctor. genere sunt il-
us ut leges pręsunt magistratibus, sic magistra-
us præsunt populo, & ut gubernator se habet
d navem regendam, ita magistratus ad dispo-
endam Rempub. Simul illud, ut Gubernator
avis obruitur aliquando tempestate, sic sapiens
mpetu fortunæ. Tale est illud insigne exem-
lum Facultati oratoriæ apprimè conveniens
oc loco. Ut in pictura summum decus est re-
tissime imitari naturales figuras corporum, ità
& in Eloquentia summum decus est res verè
cogitatas Oratione propriè exprimere. Tale
est illud: ut Horatia, quod in publico civitatis
gaudio hostem luxerit, parricidii occasionem
victori fratri dedisse judicatur, ità probro ab
Antonio versum Ciceroni fuit, quod inter ar-
morum strepitus, oppressa propè libertate pub-
lica, jocis ac dicteriis diffluere visus sit: est col-
latio hæc similium ex adjunctis scilic. loco &
tempore hinc indè intempestivis.

Aliquando in similitudinib. nulla exprimitur

Nota Virgil. Ecl. 2.

O formose puer, nimium ne crede colori, (ti
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra legu.

Sensus est, ut candidi flores ligistrorum st. tim cadunt, & pereunt, hyacinthi purpur leguntur, sic candor formę juvenilis brevis e & propè momentaneus; uti addit, nec form ex parte aliqua nigricans vituperanda est, Ho ratius.

Quod si me populus Romanus fortè roget, cur
Non ut porticibus, sic judiciis fruar Isdem,
Nec sequar ac fugiam, quæ diligit ipse vel odit:
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Respondit, referam: quia me vestigia terrent
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum

Apologus Horatii de leone hanc habet sententiam: Quemadmodum bestiæ, quę descendunt in antrum leonis, pereunt: sic homines jacturam sapientiæ faciunt, qui judicium & sententiam populi sequuntur. Apodosis hujus comparationis præcedit in quæstione, Protasis sequitur in fabula de vulpe & leone. In hoc genere ficta exempla maxime excellunt, Tales sunt Æsopi fabulæ, quæ ducere solent animos præcipue rusticorum & imperitorum, qui, ut Fabius aït, simplicius quę facta sunt audiũt & capti voluptate facile iis, quib. delectantur, consentiunt, siquidem & Menenius Agrippa plebem

cum

um patribus dissidentem dicitur in gratiam eduxisse nota illa de membris humanis adversûm ventrem discordantib. fabula.

Ad hunc locum quoq; pertinent similia proortionalia: proportio hęc nihil aliud est, quàm uarum rationum similitudo. Ratio autem seu όγ@ est duor. inter se terminor. collatio e. g. t 2. ad 4. sic 3. ad 6. se habent: hic proportio ive similitudo est, quia eadẽ est ratio seu quatas 4. ad 2. quæ 6. ad 3. hæc proportio voatur geometrica cum tres aut plures termini a dispositi sunt, ut servetur similitudo proporonum neglecta numeror. differentia, ut exmplis est probatum. Hac utimur in collatioe personarum, graduum & rerum ut sicut se abent 1000. ad 100. sic se habet cancellarius d minorem magistratum. Alia autem proortio est arithmetica, ubi ad exemplum nuerorum servatur æqualitas differentię, ut siut se habent 1. 2. 3. 4. æqualib. differentiis ditantia, ita etiam æqualitas servatur in contratib. commutatione pretii & rei ut & mercelis, posthabito respectu personar. e. g. tantum landum est regi ex emptione, quantum subdito ivę rustico. Hæc Justitia vocatur à JC. commutativa, quę arithmetica proportione res reous æquali pondere, numero, & mensura adæquat in commerciis, & parmutationib. justeq;

que componit sinè respectu personarum.

Et preterquam quod ipsa definitio similium instar omnium maximarum esse possit, traditu ab Aristotele regula consequentiæ Top. 24. utilis, aït, est hic locus similium in utramque partem. Quod enim in aliquo simili valet, in aliis quoque similib. valebit. Et quod non valet in aliquo simili, nec in cæteris valebit. Unde eadem apud JCtos in similibus recepta est regula, scilicet quod, ubicunque est eadem ratio, vel æquitas, ibidem esse debeat eadem juri dispositio l. illud ff. ad leg. Aquil. & l. à Titio de V. O. Hinc eleganter differit Baldus in l. 1. in princ. ff. de justit. & jur. quod similitudo sit recta adaptatio, quando fit processus ab uno particulari ad aliud particulare per aliquid, quod est commune utrique per eand. rationem l. his solis C. de revoc. donation. & l. non solum §. qui primipilum ff. de excusat. tut. qui sunt textus ad hoc notabiles. Inde JCtis in usu frequentiss. est, valeat æquitas, quæ in parib. causis paria jura desiderat. Hinc est, quod lex lata in uno casu locum habeat & in similibus causis l. 12. C. de legibus. Et quia non possunt omnes articuli sigillatim legibus ac SCtis cōprehendi, ut scitè Julianus resp. l. non possunt ff. de legibus. Hoc argumentum à simili deducunt JCti in speciali casu ex c. relatum Inst.

de te-

e testament. ubi deciditur, quod sicuti ad validitatem legati ad pias causas duo testes, ita etiam ad revocationem legati pii sufficiunt duo testes. Hinc etiam est, quod tot testes requirantur ad probandam pœnitentiam, errorem, aut oblivionem: quot requiruntur ad probandum ipsum testamentum, sic enim D. Pertinacis oratione cautum est, ne aliàs tabulæ priores jure factę fiant irritæ, nisi sequentes jure ordinatę ac perfectæ fuerint §. 7. inst. quibus mod. test. infirm. Hæc autem argumenta à validitate legati pii, & testamenti ad revocationẽ utriusque item arg. à relativis & arg. ab amicitiis & inimicitiis Domini, quas vasallus habet. ut in seqq. allegabitur, similia contraria referunt, in quibus hæc regula locum habet, contrariorum similium est contraria ratio & ead. disciplina. Et nihil est tam naturale, quàm eodem genere quodque dissolvere, quo ligatum est l. nihil tam naturale de R. I. Hęc similium ratio & in aliis procedit casib. tàm consentaneis quàm dissentaneis, nam uti hęres ex l. Falcidia, ne tota hæreditas legatis exhauriatur, ita etiam ex Trebellian. SCto pro restitutione quartam partem hæreditatis detrahere potest. Et 2. uti testator prohibere potest Falcidiam eod. modo & Trebellianicam potest. Quod hæc detractio quartę Tribellianicę ad exemplũ leg.

leg. Falcid. introducta ſit prob. §. 5. Inſt. c fideic. hęred. l. 14. ff. ad leg. falcid. l. 6. in p. C. eod. tit. inditis utrique ęquivoca vi ac pa appellatione dd. ll. & l. Marcell. 3. in pr. ff ad SC. Trebell. & l. 91. in quartam ff. ad leg falcid. Ac proinde quod prohibitio Trebellianicæ ad exemplum Falcidiæ etiam à teſtator fieri poſſit, prob. Auth. ſed cum teſtator C. ad leg. falcid. & Novell. 1. c. 2. §. ſi verò expreſſim in fin. ubi Imper. falcidiæ prohibitionem ad fideicommiſſa, quib. peculiariter Trebellianica lata eſt, etiam extendi voluit in verbis, ſi hæres in hoc non pareat defuncto, deferetur hęreditas perſonis enumeratis ſub titulo de legatis & fideicommiſſ. &c. Conſent. Dd. teſt. Corſett. in tract. de Trebell. & Geil. libr. 2. obſerv. 138. n. 15. Eod. modo arbiter & judex ratione officii ſunt ſimiles, nam juxta Dd. ſentent. Arbitria hodie redacta ſunt ad formam judicior. Item à delictis ad contractus ratiocinari licet quoad forũ Bart. in l. civitas ff. ſi cert. pet. Et ſicuti ratione loci, in quo initus eſt contractus, quis ſortitur forum l. hæres abſens §. 1. de judic. Ita Reus criminis conveniendus eſt & damnandus à judice, in cujus territorio crimem commiſſum eſt, auth. qua in provinc. C. ubi de crim. agi oport. Ità à pupillo ad Rempub. quoad reſtitutionem in integrum li-

cet

et argumentari l. Rempub. C. de jur. Reipub. & l. 22. ff. ex quib. causis major. & l. 15. e SC. Maced. ut & l. qui solidum §. etiam e legat. 2. Consimiliter quæcunq; privilegia minorib. indulta sunt, ea ad furiosos & mente captos extenduntur gl. in l. 2. C. de Curatorib. Baldus in l. qui neque ff. de reb. eor. Et ad os, quib. bonis interdictum est, l. Fulcinus §. deo, ubi Alex. ff. ex quib. causis in possess. eat. c auth. minoris debitor in fin. C. qui dar. tutor. Eod. argumento sępissimè utuntur JCti ab limentis ad piam causam: nam quicquid piis ausis indultum est, idem & alimentis ut Dd. in . Mela de aliment. & cibar. legat. Speculator it. de fer. §. sequitur. Hinc etiam est, quod isposita à jure in causa redemptionis captivoum, locum etiam sibi vindicant in causa alimentor. quia causa redemptionis captivorum, c causa alimentor. judicantur à pari, glo. est otab. in l. sancimus 1. C. de S.S. Eccles. juxta Bald. & Salicet. ibid. Ead. ratio similium procedit in dissentaneis ipso jure, ut sicut se habet ilius ad patrem, ita servus ad dominum: item icut se habet curator ad adultum, ità tutor ad pupillum circa administrationem bonorum: & sicut se habet procurator cum mandato circa negotia gerenda, ita negotiorum gestor sine mandato. Hinc etiam est illud: sicut vasallus

non

non debet copulare amicitiam cum inimici Domini sui: ita etiam non debet habere inimicitias cum amicis Domini sui: contrarium si fecerit, privatur feudo ut Bald. Sal. Aluarot. & Doct. notant in c. imperialem §. illud quoque de prohib. feud. alienat. per fœdus in usu feud. Baldus & Salic. in l. liberi C. de inoff. test. gl. in l. i. §. cum patronus ff. de offic. præfect. urb. quia contrarior. ead. est ratio ac disciplina, ut in allegatis suprà exemplis videre est.

CAP. 17.

De Dissimilibus.

DIssimilia sunt comparata, quorum qualitas est diversa, ut Cicero & Catilina habent diversam qualitatem, Cicero enim instructus erat sapientia, Catilina præstitit calliditate & versutia, Cicero scribebat græce, Catilina duntaxat latinè. Notæ, quibus dissimilium comparatio instituitur sunt dissimile, differens, dispar, aliud, alterum, secus, non similis, non talis, non idem, non tanquam. Et quia dissimilia petuntur ex argumentis dissentaneis, distinctione accurata, ut seorsim distinguantur, hic opus erit, quam quisque animadvertit, ac clarius intelli-

et, si definitiones utriusque Topici compare.
Dissentanea enim sive opposita ratione & re
dissentiunt, nec simul esse possunt: dissimilia sa-
is habent, si ratione distinguantur, re ipsa dissi-
deant nec ne, nihil interest: Ut candidus est, non
igitur niger est, dissentanea sunt: Sed.
Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses, dis-
similia sunt: illic alterum ex altero conclu-
ditur, & non distinguitur solum, sed etiam
tollitur, hic ex alterius diversa qualitate alterius
qualitas ostenditur, ratioque duntaxat conside-
ratur, ut res ab altera distinguatur, non tolla-
tur: Illa rapiunt assensionem, & quasi pugnando
convincunt: Hęc animum magis admonent, &
velut arbitrum faciunt.

Itaque dissentanea omnia ut dissimilia tra-
ctari possunt, ut in his qualitas diversa tantúmo-
do spectetur: quod commune est omnium ar-
gumentorum, quæ tantum genere tractationis
differunt. Et quamvis qualitas dissimilium
petatur è topico diversorum, multum tamen,
ut accurate hoc loco Timpellus distinguit, in-
ter diversa & dissimilia interest. In diversis sim-
plex rerum dissensio spectatur: at in dissimi-
libus non cōsideratur simplex illa sed compa-
rata dissensio qualitatum. exempli gratia, Ulis-
ses non est formosus sed facundus: hic Ulysses
cum nemine comparatur, sed absolutè & citra
com-

comparationem dicitur eum quidem esse facundum, sed non formosum. Et in hac simplici dissensione de eod. subjecto & simul unum eorum simpliciter affirmatur, alterum vero negatur. In dissimilibus verò est comparat differentia, neque enim eidem semper subjecto (quod de diversis & oppositis dicitur) adtribuuntur dissimilia, sed plerumque diversis, in quibus etiam ipsis dissimilitudo est, ut exempli gratia, Ulysses non est formosus, sed facundus Narcyssus non est facundus, sed formosus. Hę seorsim considerata sunt diversa, sed collat inter se dissimilitudinē efficiunt, tale est illud Achilles misericors, Pyrrhus immitis. Itaque in omni fere dissimilium comparatione termin duobus plures notari possunt: at in diversis sæpissime duarum solummodo rerum est dissensio. Proinde in diversis plerunque alterum cer ta ratione affirmatur, alterum negatur: In dissimilibus neutra eorum negatur, sed qualitatum differentia ostenditur & illustratur. Itaque argumentum dissimilitudinis est, quando dissimile arguitur à dissimili, atque hoc argumento vix ullum est è comparatis frequentius: Exemplis substratis id clarius demonstretur, ut Cæs. 1. bell. gall. Hi omnes lingua, institutis legibus inter se differunt Cic. 2. Agrar. Alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur.

batur. Ita Cic. pro Cælio, aliud est accusare, aliud maledicere: & in Bruto, quid est tàm dissimile, quàm Demosthenes & Lysias?

Ex his comparationibus insigniora & splendidiora sunt, ubi multa dissimilia conferuntur: sic apud Virgilium Hectoris fœdè contrucidati & quondam florentis ac triumphantis dissimilitudo ex variis rebus ostenditur.

In somnis ecce ante oculos mæstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus,
Raptatus bigis ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes:
Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli:
Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes,
Squallentem barbā & concretos sanguine crines,
Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios.

Hector discribitur deformis primùm ex adjunctis, ut vestitu, lachrymis, raptatione, cruore, vinculis: deinde ad augendam deformitatem dissimilia inter se cōparantur. Protasis incipit à versu: Hei mihi qualis erat, Antapodosis sequitur incipiens à Versu, Squallentem barbam &c. Tale est illud Ciceronis pro Cęlio, quàm volent, in conviviis faceti, dicaces, nonnunquam etiam per vinum diserti sint: alia vis fori est, alia triclinii, alia subsellior. ra-

tio, alia lectorũ: non idem judicum commes satorumq; conspectus est: lux deniq; alia est Soli & lychnorũ: sic Ennius, ô Domus antiqua he quàm dispari dominare domino, Quod & Ci cero de Varronis Cassinate fundo, quem Anto nius per vim occupaverat, prolocutus est, O to cta ipsa misera, quàm dispari domino (quãqua quomodo iste dominus) sed tamẽ quàm à dispa ri tenebantur? Studiorum n. suorum M. Varr voluit esse illud, non libidinum diversorium quæ in ista villa antè dicebantur? quæ cogita bantur? quæ literis mandabantur? Jura popul Rom. monumenta majorum, omnis sapientia ratio, omnisq; doctrina. At verò te inquilino, non autẽ domino personabant omnia vocibu ebriorũ, natabant pavimẽta vino, madebant pa rietes, ingenui pueri cũ meritoriis, scorta inte matresfamilias versabantur. In hoc exẽplo dis similitudo primûm brevis est, deindè latius ex planatur, cujus protasis incipit ab his verbis studiorum enim suorum &c. antapodosis al his: At verò te inquilino &c.

Porro dissimilitudinis notę aliquoties nega tione aliqua similitudinis sunt affectæ, Sic apu Virgilium Priamus Pyrrhum Achillis dissimi lem filium arguit:

At non ille (satum quo te mentiris) Achilles
Talis in hoste fuit Priamo.

Pria

Priamus capta Troia & Regia invehitur in Pyrrhũ, à quo ante aras jugulabatur, quasi degenerantem à patre Achille: Achilles, inquit, talis in Priamum non fuit, qualis Pyrrhus Achillis filius in eundem est: sic Horat, 1. Epist. Non eadem est ætas, non mens: sic Cic. ad Q. Fratrẽ, sit annulus tuus, non tanquam vas aliquot, sed tanquam ipse tu, id est, sigillum tuum, quo literas & diplomata obsignas, tibi tam charum esse debet, quàm tu ipse tibi es, ne quid in provincia temerè obsignes. Item 3. Philipp. certus dies non, ut sacrificii, sic concilii expectari solet. Hac simul dissimilitudinis nota, qua res similes negantur, distinguuntur sępè res vicinę & similes per eandem negationem similium, qua dicitur non hoc, sed illud esse, nempè aliud vel differens ac dissimile. Et ut magis per negationem rerum inter ipsas differentia appareat, sic Cicero pro Ligar. Secessionem tu illam existimasti Cæsar initio non bellum: non hostile odium, sed civile dissidium. Idem pro leg. Manil. Cujus adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis: non belli offensionibus, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est traducta. Et pro Milon. Est enim Judices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, sed ex ipsa natura arripuimus, hausimus, ex-

pressimus, ad quam non docti, sed facti, n
instituti, sed imbuti sumus. Aliquoties no
dissimilitudinis nulla exprimitur, & tamen di
ferentia rerum apparet, ut Martial.

Omnes Tongilium medici jussere lavari.
O stulti febrem creditis esse? gula est.

Sunt ex disparatis dissimilia variis subjec
adtributa, febris aliis hoc morbo affectis, & T
gilio saltem gula est, sic Cic. pro Muræn. Od
populus Romanus privatam luxuriam, publ
cam magnificentiam diligit. Ex dispara
Quintil. lib. 5. c. 11. Brutus occidit lib
ros proditionem molientes, Manlius virtute
filii morte mulctavit. Tale est illud Ciceroni
scelus tu illud vocas Tubero, cur? isto enin
nomine illa adhuc causa caruit. Alii enim erro
rem, alii timorem; qui durius, spem, cupidi
tatem, odium, pertinaciam, qui gravissime, te
meritatem, scelus præter te adhuc nemo: Ib
demq; Cic. fuerint cupidi, fuerint irati, fuerin
pertinaces, sceleris verò crimine, furoris, par
ricidii liceat Cn. Pompejo mortuo, liceat
multis aliis carere, hic scelus, parricidium
furor à Ligario & Pompejo removentur pe
distinctionem nominum quorundam, sun
ex disparatis hæc dissimilia & subject. Ita cum
objicit Pisoni Cic. quod in maximis Rei-
pub. luctibus profusam lętitiam exercuerit
dissimili-

issimilitudo est sine notis tacita, dum exulat Piso, lugente Repub. dissimilia ex adversis effectis sunt sumpta. Item ex iisd. adversis dissimilia effecta hęc sunt, Marius & Sylla in civili dissidio per Senatus populiq; inermis viscera sunt grassati, Cęsar suis omnibus pepercit. Item Marcellus Syracusanis hostibus ornamēta restituit, Verres eadē sociis abstulit: simile est illud Catull. *Soles occidere & redire possunt: Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetua una dormienda.* Catullus invitat amicam Lesbiam ad delicias & voluptates in vita perfruendas, quæ post mortē nullæ futuræ sunt: ubi sol & vita dissimiliter ex effectis adversis cōparantur, quod ille sępius abeat & redeat ad nos: Hęc nobis semel erepta nunquam redeat, quod carmen Epicureum & impium est: Protasis est in primo versu, antapodosis in reliquis duobus.

Huc referri potest modus dissimilitudinis ex quantitate mixtus, quale est illud Catulli. *Tanto pessimus omnium poëta, quanto tu optimus omnium patronus,* Notæ paria referunt & quidē de superlatione inter se collata, sed argumenta interiora sunt dissimilia adjuncta: itaque modus est mixtus, dum par cum pari, & dissimile cum dissimili comparatur. Hoc modo in dissimilium collatione à Cicerone vis etiā quantitatis includitur, ut in Verr. Non enim furem, sed e-

reptorem: non adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ: non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum, religionumque: non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem civium, ſociorumque in veſtrum judicium adduximus: hic non tantum diſſimile cum diſſimili ratione diverſ. ſubjector. quib. adtribuuntur, ſed etiam minus cum majore comparatur.

Tale eſt Virgilii carmen.

O formoſe puer, nimium ne credere colori,
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Hic forma pueri & alba liguſtra res ſimiles fragiles ac periturę brevi dicuntur, ut in ſecundo verſu alba liguſtra, & vaccinia nigrę res ſunt diſſimiles, dum illa mox cadunt, hęc autē non, ſed leguntur: Itaque hic ſaltem argumentorum omnium diſſimilitudo rerumque ſpectatur.

JCtis dicitur diſſimilitudo differentia in qualitate; inde illis ſeparatorum ſcil. quæ re ipſa & ſubjectis differunt, ſeparata eſt ratio l. fin. ff. de calumniatoribus, ex quibus ſeparatis nihil infertur de uno ad aliud d. l. fin. & l. neque natales C. de probation. innititurque contrario fundamento ab illo, quod è loco à ſimili depromitur, cum hoc in identitate rationis ſuum capiat fundamentum: iſtud verò è contrariò ex diverſitate rationis diſtinguat & illuſtret: hoc modo diſſimilium affectionem

tionem referunt variæ variarum rerum species & notę, quotiescunque conferuntur: sic in jur. civile species tutelæ, testamentorum, contractuum, maleficiorum in qualitate sua, ut & modi varii, quibus adquiruntur rerum dominiæ, re & subjecti diversitate in ipsa comparatione sibi invicem dissimiles sunt; item potestas gladii ad animadvertendum in facinerosos separat merũimperiũ à mixto, quod in danda bonorum possessione est l. imperiũ ff. de jurisdict. omnium judic. Talis est differentia mandati & jussus, quorum illud voluntatis l. i. ff. mandati, hoc necessitatis est l. 1. §. 2. ff. quod jus.

Hoc modo dissimilia sunt, mulier potest SC. Vell. renuntiare l. fin. ff. SC. Vell. Fili⁹ familias SC. Mac. non potest renuntiare, quia SC. Velliano nuda causa bonor. continetur: Macedoniano autem scelerum causæ, mali mores, pessima exempla, fœdæ bonorum dilapidationes, metus parricidii &c. præcaventur. Unde privatorum pactis huic juri utilitatis publicę causa statuto & introducto renuntiari non potest l. jurisgent. 7. §. si paciscar ff. de pactis. Ad hunc locum dissimilium referri potest justitia distributiva. quæ premia & pœnas pro cujusque merito convenientia & dignitate distribuit.

Qua de re in præmiis decernendis eleganter loquitur Tacitus, optumos scilicet Morta-

lium fama, ſpe, veneratione ad Reipub. mun
vocari, ut & Imp. Juſtinianus l. 2. §. 9. in fi
C. de offic. præfect. prætor. ſemper (aït) pr
vidimus unumquemq; ſecundùm labores ſu
ad meliores gradus, & majores dignitat
perducere. Et ut pręmia & ſalaria pro meri
cujuſque conſtituuntur, ſic etiam pœnę habi
ratione delictorum ac delinquentium diſſim
liter exercentur. Hoc eſt, quod JC. Marcia
nus reſpondet l. 11. ff de pœn. Perſpiciendu
eſſe judicanti, ne quid durius aut remiſſiu
conſtituatur quàm cauſa depoſcit: Nec enin
aut ſeveritatis aut clementiæ gloria affectand
eſt: ſed perpenſo judicio, prout quæque re
expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in leviorib
cauſis proniores ad lenitatem judices eſſe debent: in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi d. l. 11. unde Claud. Satutnius prudenter diſtinguit pœnas ex diſſimilib. delictorum circumſtantiis tot. leg. 16. ff. de pœnis: Aut (aït) puniuntur facta, ut furta & cædes: aut dicta, ut convitia & infidæ advocationes, aut ſcripta, ut falſa & famoſi libelli: aut conſilia, ut conjurationes, & latronum conſcientia. Horum atrocitas creſcit vel minuitur ductis argumentis à circumſtantiis diſſimilibus, ut à cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate,

itate, & eventu: Per causam delinquitur aut proposito, aut impetu, aut casu. Proposito delinquunt latrones, qui factionem habent. Impetu autem, cum per ebrietatem ad manus aut ad furtum venitur: casu verò cum in venando telum in feram missum hominem interfecit d. l. 11. Item causa distinguuntur delicta, quia magistratuum & parentum emendationes ab extraneorum injuriis separantur.

Persona dupliciter spectatur ejus qui fecit, & ejus qui passus est d. l. 16. sic in eodem delictor. genere gravius punitur servus, quàm liber, famosi quàm integræ famæ homines & honesti: sic & in eum acerbius animadvertitur, qui sæpius commisit eadem, quam qui semel tantum, qui consulto, quam qui ignoranter aut per lasciviam, aut ebrietatem peccavit, quique magistratum aut patrem violat, quam qui extraneum ut ad d. l. 16. Wesembec. tradit in paratitl. de pœn. n. 8. Ita adultus punitur durius, quam minor aut impubes l. 37. §. 1. in delict. de minorib. & l. 108. de R. I.

Locus facit, ut idem vel furtum, vel sacrilegiũ sit, & capite luendũ, vel minore supplicio.

Tempus discernit emansorem à fugitivo, & effractorem vel furem diurnum à nocturno.

Qualitate factum atrocius est vel levius, sic furta manifesta à non manifestis, rixæ à grassa-

turis, expilationes à furtis, petulantia à violentia discerni solent.

Quantitas discernit furem ab abigeo: Nam qui unam suem subripuit, ut fur coercebitu, qui gregem, ut abigeus d. l. 16.

Eventu voluntarię insidię à fortuitis casibus distinguuntur. Item eventus facit, ut eadē scelera in quibusdā provinciis gravius plectantur, ut in Africa Messium incensores, in Mysia vitium, & ubi metalla sunt, adulteratores monetæ: ut. l. 16. prolixè refert Claud. Saturninus, & I. Wesenbec. in paratitl. de pœnis n. 8. Atqui hæc quidem non si simplicem rerum consensionem vel dissensionem spectes, qua vel effecta, vel adjuncta & circumstantias simplices seorsim delictorum testantur, sed quatenus comparatam dissensionum qualitatem inspicis terminis pluribus inclusam, recte ad locum de dissimilibus referuntur et referri possunt ac debent.

De insigni fructu atque utilitate Argumentor. comparatorum repetitio & conclusio.

HActenus de argumentis comparatis dixisse sufficiat, quæ ut benè distinguantur usuque inculcentur, judicio sagaci opus est. Admirabilem habent in omni vita pręcipuè civili, causisque in forensibus cum gratiam, tum dignitatem exempla hæc comparata: proinde maxima

aximam rebus obſcuris lucem afferunt. Nam
t argumenta conſentanea potiſſ. ad pro-
andum & diſſentanea ad refellendum valent,
c comparata inſignem uſum & ſplendorem
d illuſtrandum ſuppeditant. Et præterquam
uod movendis affectibus ſunt accommodata,
udes etiam auditorum animos ipſa rerum i-
nagine captatos ac veluti ſtupidos in opinio-
em facilem fidemque pertrahunt; dum co-
ioſam quandam ad informandos mores ſup-
ellectilem prębent; ceu imagines & ſpeculum
umanitatis, undè documenta petantur, quibus
& Reipub. dignitas conſervetur, & publicis
privatiſque rationibus rectiſſ. conſulatur. Nec
hoc ſolum præſtant, ut in omni officii humani
actione animos noſtros atque mentem viror.
excellent. præclare factis & dictis ad omnem
honeſtatem conformemus, ſed alieno ut judi-
cio dubiis in rebus fruamur: alieno etiam pe-
riculo vel conſilio, quod fœdum inceptu, fœ-
dum exitu ſit, devitemus. Horum uſum inſig-
nem declarat Cic. Orat. 2. accuſat. in Verrem;
Expectant, inquit, ii qui audiunt, exempla ex
vetere memoria, & monimentis, ac literis, ple-
na antiquitatis. Sumuntur omnia hęc ad illu-
ſtrandum à paribus ab imparibus in quantitate,
à ſimili & diſſimili in qualitate; Comparata à
paribus ſunt, quorum eſt una quantitas, id eſt,
par

par ratio, magnitudo eadem, planè æqualis, n
q; major neque minor: Tale est illud Virg.
Æneid. *Par levibus ventis* & 3. Æn. *Et hunc*
quali tecum pubesceret ævo & 6. ibid. *En hujus n*
te auspiciis illa inclyta Roma Imperium terr
animos æquabit olympo. In 1°. exemplo lev
tas Creusę pari ventorum levitate. In 2°. ęt
Astyanactis pari ętate Ascanii. In 3°. magni
tudo tum Romani imperii pari magnitudi
terræ, tum animorum pari magnitudine cę
arguitur. Et quamvis inter similia & paria v
deatur magna subesse affinitas, tamen ex def
nitione utriusque discrimen apparet, quia i
paribus quantitas & ęqualitas planè par & e
dem, & in similib. qualitas & similitudo spe
ctatur: deinde ut Cic. in Top. tradit, paria no
admittunt elationem & submissionem, simili
verò admittunt: sic κατά τι Majus Minori s
mile esse potest, sed par nullo modo.

Imparia sunt, quorum quantitas non est un
neque par ratio sed diversa. Et ex iis, quæ im
parem quantitatem nacta sunt, necesse est alte
rius quantitatem excedere, alterius verò exce
di. Ac proinde Impar. est majus, aut minus
Majus est cujus quantitas excedit, sive quod re
spectu minoris quavis ratione excessum sive e
lationem habet, & ad extenuationem minori
amplificatur probabilitate, difficultate, mag
nitudi

nitudine, numero, potentia, auctoritate, præstantia &c. Hic ex majoribus minora disputantur, quando majus argum. elatione & excessu sui confertur cum aliqua re minori, quæ sit in quæstione posita, desumiturque hoc argumentum ab eo, in quo est major ratio, proceditque ad id in quo est minor ratio. Ut apud Ovidium.

An satis ò superi tutos fore creditis illos,
Quum mihi, qui fulmen, qui vos habeoq́ regoq́
Struxerit insidias notus feritate Lycaon.

Quæstio est an Fauni à Lycaontis insidiis sint tuti; quod poëta negat, argumento deducto à majori ad minus, si Lycaon struxit insidias Jovi, qui tanta potestate armatus est, ergo & Faunis struere poterit. Sic Virgil.

O socii neque enim ignari sumus ante malorum,
O passi graviora: dabit Deus his quoq́ finem.

Hic Æneas tempestate afflictus, & in Libyam dejectus socios consolatur à majoribus, & excitat ad tolerantiam futurorum malorum, vos, inquit, groviora passi estis: levia igitur si quæ acciderint, pati poteritis. Hujusmodi enim argumenta à majori deducta non modo orationi amplificandæ conducunt mirificè, sed inprimis juvant conjecturam, tale est illud Comici: nam qui mentiri aut fallere insuerit Patrem, tanto magis audebit cæteros: tale & hoc

est,-

est, si ob proditam libertatem Brutus propri occidit liberos, debet puniri & transfuga. Hc argumento à majori utitur Salvator noster i Euangel. Luc. 16. si aït Mosen & Prophet non audiunt, neque si quis ex mortuis suscitatu fuerit, credent. Item Bartol. in l. nec in ea jus occidend. ff. ad leg. Iul. de adult. & in relator. §. intercedere ff. de interdict. & rele gat. ubi ait, si vigore statuti licet occidere re bannitum vel adulterum, licet verberare v vulnerare. Utitur eod. arg. Imp. in l. 19. quando C. de testib. si pro toto litis certamin jurejurando testium sit credendum, ergo pro ducens suam testibus præsentiam sacrament eorum credere debet.

Minus argumentum est, cujus quantitas ex ceditur scilicet à majori, & cum ex his major commonstrantur. Itaque argumentum mi noris est, quando majus à minori arguitur, desu miturque arg. minoris ab eo in quo est mino ratio, proceditque ad id in quo est major ratio A minoribus hisce non minor copia rerun descendit: conferunturque cum aliqua parte quæstionis majore: Sic argumentum, quo dis serimus est minus, & pars questionis, quę pro batur, major, ut exempli gratia, à Cicerone questio proponitur, an Catilina sit ferendu perduellis, seditiosus, negat id Cicero, pro-

batque

atque à minori ad majus, ut si Gracchus (aït) mediocriter labefactans Rempub. sit sublatus à Scipione privato, ergo & Catilina, qui totũ terrarum orbem cęde atque incendiis vastat, à Coss. tollendus. Hic Scipio privatus cum Cicerone Coss. Tiberius Gracchus mediocriter convellens Rempub. cum Catilina eam perdere volente comparatur. Tale est illud Cic. in. offic. si turpitudo in corporis deformitate aliquid habeat offensionis, quanta illa depravatio & fœditas animi turpificati videri solet? item Paul. 1. ad Timoth. c. 3. nam si (ait) quis Episcopus propriæ domui præesse non novit, quomodo Ecclesiam Dei curabit? simile est illud Cic. pro Archia: saxa & solitudines voci respondent, bestiæ sæpè immanes cantu flectuntur atque consistunt, nos instituti rebus optimis non poëtar. voce moveamur? Huc etiam pertinent amplificationes eximiæ, cum gradatim à minoribus itur ad majora ut Cic. 7. Verr. facinus est vincire civem Romanum: scelus verberare, prope parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? hoc nempe gravius est, quo Verris flagitio omnia ista leviora sunt. Ex hoc porro genere comparationis singulares quædam sunt in Poëtis & Oratoribus amplificationes, Ut Virg. lib. 1. Æneid.

Pallasne exurere classem

Argiuum

Argivûm atq; ipsos potuit demergere ponto
Vnius ob noxam & furias Ajacis Olei? &c.

Hæc protasis est comparationis deducta minori ad majus, inq; ea Palladis facta adversi Græcos narrantur, quæ dea inferior est Iunone mox sequitur apodosis sive redditio majoris:

Ast ego quæ Divum incedo regina, Jovisq;
Et soror & conux una cum gente tot annos
Bella gero, & quisquam numen Iunonis adoret
Præterea? aut supplex aris imponat honorem?

Hujus proinde argumenti à minore ad majus deducti textus varii & notabiles occurrunt in jure civili ut Cic. pro Milon. si lex 12 tabularum permittit nocturnum occidere furem, quid latronem? Idem in auth. sicut & auth multo C. de SS. Eccles. occurrit, ubi sicut alienatio rerum Eccles. interdicitur, multo magis prohibetur ipsius monasterii alienatio, & in l. 3. C. de condict. indeb. ubi arg. si pecuniæ indebitæ solutio repeti potest, multo facilius cauti sivè scripturæ condictio competit, nec non doli exceptio agenti opponitur: item in l. fin. C qui ætat. ubi arguitur, si major 55. annis se potest excusare ab onerib. ergò major septuagenario & in §. 4. Instit. quibus mod. jus patr. potest solu. ubi arg. si pater potest per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare, ergò Imperat. potest per summam patria-

tu

us dignitatem ab aliena potestate filium eximere, quem sibi patrem elegit.

Tradito primo genere comparationis in quantitate, qua paria & imparia, ut majora & minora dijudicantur, sequitur comparatio in qualitate, qua res comparatæ quales dicuntur nempè similes aut dissimiles. Similia sunt quę habent eandem qualitatem, sic Cicero & Demosthenes consentiunt qualitate, id est, dicendi facultate. Ita ex causis similibus Illud Ciceronis est 2. Philipp. ut Helena Trojanis, sic iste huic Reipub. causa belli, causa pestis, atque exitii fuit. Ex materia sive forma illud Virgil. . Æneid.

Instar montis equum divina Palladis arte
Ædificant.

Ab effectis similibus jure occisus M. Manlius ob regnum affectatū, secuti Sp. Melius: ab adjunctis & subjectis hęc, ut leges præsunt magistratibus, sic magistratus pręsunt populo, & ut gubernator se habet ad navem regendam, ita magistratus ad disponendam Rempub. Hæ similitudines prudenter adhibitæ præcipuam laudem atque admirationem merentur: plena sunt iis non solum prophanor. scripta, sed & prophetar. atque Apostolor. Oracula: pretereo hic Æsopum scriptor. antiquiss. qui ficta similitudinum exempla proposuit, ut imperitor.

animos ipsa rerum imagine captatos ad virtu tramitem faciliùs reduceret. Ipse etiam Salv tor noster in Euangelio ad commovendum erudiendum populum parabolis & similitud nibus usus est. Et Platonicæ sapientiæ admir tio inde est orta Socraticis disputationibus or ne lumen ex similibus affundens, sic Math matici ut cœlum & mundi partes ostentent, parvis simulachris similitudinem tantæ magn tudinis exhibent. JCtis etiam, dum non possu omnes articulos sigillatim legib. ac SC. com prehendere, ut scitè resp. Iulianus l. non po sunt ff. de legibus, frequens ac recepta est à milibus regula, scilicet quod, ubicunque est e dem ratio vel æquitas, ibidem valere debeat e dem juris dispositio l. illud ff. ad leg. Aqui & l. à Titio de V.O. Hinc est quod lex lata uno casu locum habeat & in similibus causis 12. C. de legib.

Et uti similia sunt quę habent eandem qu litatem, ita dissimilium qualitas est diversa, e. g. Cicero instructus erat sapientia, Catilin præstitit calliditate & versutia: itaque hic d versæ res ac diversa subjecta considerant non in simplici sed in comparata qualitatu dissensione: ut e. g. Marius & Sylla in civ dissidio per Senatus populique inermis viscer sunt grassati, Cęsar suis omnib. pepercit. Ite

Marcelli

Marcellus Syracusanis hostibus ornamenta restituit, Verres eadem sociis abstulit. Tale est illud Catulli,

Soles occidere & redire possunt.
Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Exempla sunt ex adversis dissimilibus depromta.

CAP. 18.

De argumentis Ortis.
ET
Primò de Conjugatis.

EXpositis argumentis primis ut consentaneis, dissentaneis, & comparatis, sequuntur orta de primis, scilicet ea, quæ cum primis eandem arguendi vim & affectionem habent, hinc est, quod orta intelligi & explicari non possint, nisi ante intelligantur & explicentur prima. Quod igitur ad ipsam affectionem & vim arguendi attinet, nulla est discrepantia inter prima & orta à primis: sed discrimen est primò in ordine & origine affectionis: namque affectio arguendi primis primò inest, nec aliundè derivatur, sunt enim illa suæ originis. Ortis

verò eadem affectio ineſt, ſed ſecundaria ra-
tione, nempè quatenus primorum ſymbola
ſunt, quę nimirum cum primis eandem vim
arguendi & affectionem aliis nominibus iiſq;
ferè ſymbolicis repræſentant. Sunt autem or-
ta conjugata vel notatio: diſtributio vel defi-
nitio; conjugatum & notatio è ratione nomini
tradunt argumenti inveniendi viam: & ex unc
aliquo primo, non autem ex pluribus conjun-
ctis oriuntur: Definitio autem & diſtributio ii
explicatione rerum non autem nominum ver
ſantur, & è pluribus primis inter ſe conjuncti
oriuntur, ut diſtributio è pluribus conſenta
neis, definitio ex materia & forma oritur.
Quapropter ſi ſcire velimus quæ ſit affectio &
vis conjugati ad conjugatum, notationis ad no
men, totius ad partes, definitionis ad defin
tum, aut contra, recurrendum eſt ad argumen
prima, quorum hæc ſymbola ſunt.

Tractantur conjugata & notatio diſſimi
ratione à Grammaticis & Dialecticis; ab ill
quidem, ut accidentia nominum reliquarum
partium orationis doceantur, & ut ſola voc
inflexione à ſe invicem diſtent; ab his ve
Dialecticis, inſtituuntur ipſorum nominũ c
jugatę affectiones & notationes explication
vè, quibus vis & natura nominum probari d
monſtrativè poſſit. Itaque nomina ad logica
pertine

pertinent, quatenus è ratione nominis tradunt & complectuntur facultatem aliquam rei arguendę & explicandę. Unde cum per conjugata .i. rerũ notas ac symbola res aliquã possit argui ac declarari, & dum simul ex originibus ac causis nominum res ipsa significationi subjecta arguatur & probetur, recte in topicis conjugata & notatio traduntur ex rerum significatar. natura .i. causis, effectis v. aliis argumentis, ut in utriusq topici conjugatorum & notationis doctrina seorsim exemplis demonstrabimus.

Sunt autem conjugata nomina ab eodem principio varie deducta: hæc nomina sunt rer. symbola ac notę, & ab eodem fonte derivantur. Unde Grammatici rectè vocant conjugata primitiva & derivativa, hoc nomine dicta, quasi vocis similitudine & terminatione sub unũ jugum devincta, ut ab hac voce fortitudo vel justitia velut ab aliquo fonte & principio deducuntur fortis & fortiter, & justus, justè, quorum nominum terminatio varia est & dispar. Considerunturque hac ratione in abstracto, ut juste, fortiter, justitia, fortitudo, & in concreto ut justus, fortis, hic abstractum est causa concreti, & concretum adverbii, ut justitia est causa cur aliquis sit justus, & quia justus est, idcircò justè agit. Cic. in Top. sapientia efficit sapientes sola per se. Itaque conjuga-

ta oriuntur ex argumentis consentaneis, è cau
sis, effectis, subjectis, adjunctis: nunquam
dissentaneis, sed comparatis aliquandò ortu
sortiuntur. Et hoc modo conjugatum à con
jugato arguitur & explicatur: conjugata cau
arguit conjugatum effectum: conjugatum ad
junctum explicatur à conjugato subjecto, & u
causa est notius ac illustrius argumentum effe
cto: sic conjugata causa habet clariorem in ar
guendo vim, quàm conjugatum effectum: i
iis, ut dixi, & bene Ramus, symbolum est con
sentaneor. argumentorum, cujus rei exemplu
Propertius dedit lib. 3.

Libertas quoniam nulla jam restat amanti,
Nullus liber erit, si quis amare velit.

Hic libertas causa est cur sic arg. Est à negat
causa ad neg. effectum: ita Ovid. de ponto.

Tu quoque Pieridum studio studiosè teneris,
Ingenioque faves ingeniose meo.

Conjugata sunt, studio studiosè, Ingenio in
geniosè, quę ex causis ad effecta procedunt: si
militer homo sum, quod Ter. ait, humani à m
nihil alienum puto. Ex subjecto est ad adjun
ctum, Est enim homo subjectum humanitatis
simile est illud Juvenalis,

Summum crede nefas, animam prę ferre pudori.
Et propter vitam vivendi perdere causas.

Juvenalis admonet, ne in alicujus gratiam pe
juru

rus ſis, etiamſi tibi pereundũ eſſet: Coniuga- ſunt vita & vivere ex cauſis & effectis petita.

Tale eſt Illud Ciceronis, dii boni ſunt: eo- im igitur bonitate eſt utendum, hic ex effectis d cauſas eſt diſputatum, bonitas eſt cauſa cur s bonus, ut & Illud Ovidii,

Aurea nunc verè ſunt ſæcula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.

em Cic. in Piſonem: Cum enim eſſet omnis la cauſa mea conſularis & ſenatoria, auxilio ihi opus fuerat & conſulis & ſenatus, ſic au- a ſęcula & aurum ſunt conjugata, & cauſa onſularis, & conſul, quæ ex effectis cauſam guunt conjugatam. Tale eſt illud Eligiac. ob. Heſſi ad Principem Haſſiæ, qui ligna oetæ donârat.

Ligneus eſt princeps qui donat ligna poëtæ:
Aurum ſi dederit, aureus ille foret.

Hinc ex adjunctis & ſubject. eſt illud Ovidii . Faſtor.

Pagus agat feſtum, pagum luſtrate coloni:
Et date paganis annua liba focis.

Pagus & paganus ſunt conjugata, quæ ſe ivicem ex ſubjectis & adjunctis arguunt.

Regula conſequentię ex conjugatis proce- it tam apud Philoſophos quàm apud JCtos. Tradidit Ariſtoteles Top. 3. 3. & 4. c. 4. item ſetor. 2. 25. quod conjugata, quoad uſum,

ſeſe mutuò conſequantur & arguant. Item vulgata eſt JCtor. regula. Quæcunque uni conjugatorum competunt, & alteri competant neceſſe eſt, ſic pactum à pactione dicitur, & à pactione pacis nomen appellatum eſt l. 1. §. pactum de pact. ita ob ſimilitudinem impietati Arriani ab Arrio, Porphyrii à Porphyrio, Neſtoriani à Neſtorio, ut quor. ſcelera in deſerend Deum ſunt imitati, nomen ſortiebantur l. damnato 6. in princ. C. de heret. & Manichę hoc modo Feſtus Pomponius ex veterum JCtor. ſententia docet compaſcuum agrum eſſe, qui communiter vicinis relictus ſit ad paſcenda pecora: quod & M. Tullio placuit: S (ait) compaſcuus ager eſt, jus eſt compaſcere .i. jus habeo immittendi in agrum tuum pecudes paſcendi cauſa. Hinc ſylva paſcua, & loca compaſcua l. divort. ff. ſolut. matrimon. quem adm. dos pet. l. ſylva d. V. S. & l. veluti ff. de ſervitut. pręd. ruſtic. Item dicimus, uſum domus habet, igitur jus utendi hac domo, nam uſus & uti ſunt conjugata, ſicut compaſcuus & compaſcere.

Hoc argumento à conjugatis utuntur JCt. pleriſque in locis ut in l. 1. cum hæres de diverſ. & temporalib. præſcriptionib. Hæres in univerſum jus ſuccedit, quod defunctus habuit tempore mortis, & hæreditas ex l. hæreditas

de R.

de R. I. est successio in jus universum, quod defunctus habuit tempore mortis: hic hereditas & hæres sunt conjugata. Tale est illud: Testator cognationi suæ mille legavit, ergò cognatis l. 1. §. si cognatis in fin. de reb dub undè si testator legat cognationi, perinde est, ac si cognatis legaret. Tale est hoc, Tutor est, igitur tueri pupillum potest & tenetur l. 1. ff. de tutel. Eodem argumento utitur Brutus in l. vetus, vers. nec enim ff. usufruct. Homo non est in fructu, igitur nullus homine frui poterit, cùm omnes fructus hominis causa Deus procreaverit. Huic argumento locus est, sivè quis affirmet sinè neget, valet arg. affirmative in præallegatis exemplis, ac proindè in istoc, si fit aqua pluvia, igitur pluendo crevit & nocuit l. 9. §. in summa ff. de aqua pluv. Negative in d. l. vetus & in hoc exempl. civitatem amisit, ergò in numero civiū esse desiit §. cum autem Inst. quib. mod. patr. pot. solu. Verùm à casib. ad conjugata sive concreta non procedit arg. non enim sequ. justè egit, ergò justus est. Etenim fures semel justè agere possunt, & tamen justi non sunt, cùm justitia ex pluribus actionibus justis & legitimis absolvatur, non ex una, undè habitus intelligitur, qui non ex unius aut paucar. actionum conjugato colligitur, sed ex crebris & exercitatis actib.

CAP. 19.

De Notatione

NOtatio est nominis interpretatio. Interpretationem nominis instituimus, cum nominis originem explicamus ejusq; rei rationẽ reddimus ex aliquo rei nominatæ & notatę argumento primo. Hęc notatio à græcis σύμβολον, & ἐτυμολογία nominatur, symbolum enim græcis est signum v. cognitio: ἔτυμον autem gręcè verum, & λόγος sermonem significat, quasi veriloquium; indè à gręcis Etymologia vocatur. Sunt enim notæ, & signa rerum, atque aliis originationes vocantur, quod origines & causas nominum aperiant, undè orta ductaque sint: hinc ad notandam rei ipsius naturam exprimuntur nunc per causam aliquã, interdum per effectum: aliquando per subjectum, frequenter per adjuncta, nonnunquàm per dissentanea & comparata. Itaque quando investigamus, undè nomen traxerit originem suam, utrum ex causa, an ex effecto, subjecto, dissentaneo, comparato: illa nominis interpretatio dicitur notatio, adeo ut notationem instituere nihil aliud sit, quàm originem & ratio-

nem

nem nominis interpretari ex iis rebus, quæ significantur per nomina.

Et ut notatio arguit nomen, ſic viciſſim nomen arguit notationem, ſive, ut Ramus alibi in Inſt. aït, ut notatio eſt nominis reique per nomen ſignificatę, ſic nomen viciſſim notationis reique argumentum. Et ut Ariſtot. 2. top. 2. monet, ita diſſerendum eſt, ut transferatur nomen in notationem, ut animi plenus ergo animoſus, & contrà animoſus ergo animi plenus. Nam & nomen quoque ortum argumentum eſt, ex quo autem fonte oriatur, notatio declarat. Continet hic locus in ſe reconditam eruditionem, cum vocabulorum ortus & partus diligenter exquirantur. Sic *Plato* in Cratylo de origine nominum græcorum diſſeruit, Deum Authorem referens, qui prima rebus nomina pro uniuſcujuſque natura & affectione impoſuit, & M. Varro diligentiam majorem in iis præſtitit, unde Etymologica iſta Feſti Pomponii & Iſidori Epiſc. aliorumque latini ſermonis authorum profluxerunt plena omnis elegantię, plena reconditę raræque eruditionis. Frequens hoc argumēti genus à notatione deſumptū apud ſcriptores occurrit, cujus rei exempla ſubjiciemus cum hac cautione, ne, quod Plato monet, longius notatio accerſita videatur. Sic homo ab humo nomen ſortitur; hac

voco

voce ipsius materia declaratur, quia humus materia, ex qua homo constat. Ab effectis illud Ovidii 6. fast.

Stat vi terra sua, vi stando vesta vocatur.

Terra dicitur vesta ab effecto naturali, quia sua stat. Sic Augustus ab augendo dictus.

Sacra vocant augusta patres, augusta vocantur
Templa Sacerdotum, ritè dicata manu.

Item Ovid. Aprilem ab aperiendo 4. Fasto. scribit.

Nam quia ver aperit tunc omnia, densaq; cedit
Frigoris asperitas, fœtaque terra patet,
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum
Quem Venus injecta vindicat alma manu.

Ita Focus à fovendo ab effect.

At focus à flammis, & quod fovet omnia, dictus

Hoc modo Verres Ciceroni à Verrendo deducitur 2. Verr. O Verrea præclara! quo enim accessisti! Quo non attuleris tecum istum diē. Etenim quam tu domum, quam urbem adiisti, quod fanum denique, quod non eversum atque extersum, reliqueris? Quare appellentur sanè ista Verrea, quę non ex nomine sed ex moribus naturaque tua constituta esse videantur. Porrò à subjectis illud Ovidii est, qui 1. Fastor. Janum deducit à Janua, circa quam versatur.

Præsideo foribus cœli cum mitibus horis:
Inde vocor Janus. Et redit officio Iupiter ipse (meo.

Ex adjunctis notatio est Bambalionis, qui à balbutiendo Bambalio dictus, dum balbus erat & stupidus. Hinc Cic. cavillatio in Antonium generum 2. Philippic. Tuę conjugis, bonæ fęminæ, locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemtius, qui propter hęsitantiam linguæ stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. A dissentaneis referunt notationem bellũ quasi minimè bellum, & Lucus à non lucendo: quia opacus umbra parum lucet; item ludus à ludendo, quod sit longissimè à lusu, & Dis quia minimè dives.

E comparatis Ovidius interpretatur lacteũ circulum obliquum in cœlo stellato subjectum oculis, quia candore suo præ se fert speciem & similitudinem lactis in hunc modum.

Est via sublimis cœlo manifesta sereno
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.

E comparatis nomen invenit Pyropus, quod ignis flammam imitetur, Ovid. 2. Metamorph. —*flammasque imitante pyropo*. Ita Rixosus à rictu canino dictus, quia, instar canis oblatrantis, semper ad contradicendum paratus est, & jurgio delectatur, & provocat contendentem.

tem. Huc pertinet Onomatopæia, quæ est no tatio etiam à simili, sic cuculus dicitur à simi sono. Plura hujusmodi notationis exempla vi dere est in Varronis, Isidori, aliorumque Ety mologicis commentariis.

Diximus in principio notationi cum nomi ne suam esse relationem quandam, uti enim nomen ex notatione, sic ex nomine notati concludi potest; sed si inter utrumque relatio instituatur, potior videtur nominis Itaque tota hęc categoria ab Aristotele τόπ☉ ἀπὸ τῦ ὀνόματ☉, id est, locus à nomine appel latur. Imò firmius ex nomine, quàm ex nota tione argumentum petimus, ut homo est erg ex humo constat: terra est vesta, ergò vi su stat, focus est, ergò fovet: at non perindè lice ex notatione argumentari, ex humo constat, er gò est homo &c. procedit & illud, Rex est, erg regit, sed non contra, quia multi, qui non sun reges, regunt. Ead. ratione etiã apud JCtos ar gumentũ affirmativè à notatione deductũ pro cedit, simul hinc inde locũ habet, ut testamen tum est, igitur testatio mentis §. 1. Institut. de testament. Itẽ jure Civili affirmatè concludi tur ex topico notationis, ut mutuum l. 2. §. ap pellata ff. si cert. pet. est, ergò de meo factum est tuum, at vice versa non procedit arg. ut de meo tuum est factum, ergo mutuum, cum pe

venditionem, donationem, aliumvè titulum tuum factum esse potuisset. Similiter non sequitur, est testatio mentis, ergo testamentum, quia codicilli & epistolę etiam sunt mentis testationes. Posteriori autem casu scilicet negativo concludit argumentum à notatione ad nomen scilicet ad id quod explicatur, ut non est testatio mentis, ergo non est testamentum, & non est de meo tuum factum, ergo non est mutuum. Itaque hæc Etymologia, si usum spectes, aptior erit ad explicandum, quàm ad probandum. Hinc est, quod Bart. rectè resp. cum definitio & Etymologia inter se differunt, standum esse definitioni in l. 1. de testam. & l. 1. de tutel. Paulus Castrens. in l. 1. in princ. ff. de iustit. & jur.

CAP. 20.

De Distributione in genere

TRaditis conjugatis & notatione argumenta inter orta, quę ex vi nominis eruuntur; sequuntur orta alia realia cujusmodi sunt distributio & definitio: in quibus utraque affectio reciprocationis est, illic partium omnium cum toto, hic definitionis cum definito, unde

& hæc

& hæc regula profluxit, distributio & defi
nitio non debet latior,nec angustior esse suo d
stributo vel definito,&vice versa,quod & Ci
2. de oratore tradit: quia ubi reciprocatio es
ibi requiritur æqualitas & ubi æqualitas locu
habet, ibi nullus defectui aut redundantiæ lo
cus esse potest. Distributio est cum totum i
partes distribuitur; Totum est quod contin
partes,pars est quæ continetur à toto.Quicqui
enim distribuitur, id topicè totum dicitur, &
quæcunque ea sunt, in quæ distributio fit, pa
tes appellantur, vel sua natura vel ratione d
stributionis. Atque ut distinctio totius in pa
tes distributio; sic collectio partium ad cost
tuendum totum inductio dicitur; ut enim tot
arguit partes, ita vicissim ab iis arguitur,sc
licet ex partibus totum colligitur ex mutua a
fectione, quæ utrique inest. Inductio hæc a
Arist. 1. 10. Top. vocatur progressio à part
cularib.ad universalia e.g. argumentum à tot
ad partes tale est.Universus mundus provider
tia administratur, Civitates igitur & famili
concilio regi debent. A partibus ad totum! i
si perditissimorum hominum perniciem jus
vindicta prosequi, civium fortunas tueri, exo
nari laudibus bonos, deprimere nocentes, l
guentes plebis animos ad Reipub. decus atqu
ornamentum excitare est utile, non potest nc
uti

utilis esse eloquentia, proceditque hoc arg. hinc indè tam affirmativè quam negative, modo sufficiens partium enumeratio abhibita fuerit. Nam cum ab enumeratione partium argumentamur, omnes partes enumerandæ sunt, alias nulla ex ea ratiocinatione conclusio sequitur, ut latius in topicis de integro & membro id monstrabimus. Unde si ejusdem rei plures causæ, aut effectus, &c. distinctè enumerantur, non est distributio quoniam non est totius alicujus in partes distinctio, imò ne ortum quidem aliquod argumentum, sed plurimum primorum enumeratio.

Portò sumitur hæc distributio ex argumentis toti quidem consentaneis, inter se autem dissentaneis; quia distributionis natura non est posita in partibus separatim consideratis, sed in ipsa distinctione partium ex toto. Et quamvis partes, in quas distributio fit, inter se dissentiant, ipsa tamen distributio, in qua spectatur affectio totius ad partes ex solis consentaneis oritur, causis, effectis, subjectis, adjunctis. Dissensio autem non in distributionem, sed in partes inter se distributas cadit, quia nunquam dissentaneum in dissentaneum distribuitur. Itaque partium dissensio spectanda est ex argumentis dissentaneis, interque illa major est dissensio in oppositis, quàm in diversis, & inter opposita

major ἀντίθεσις in contrariis quàm in dispara-tis, unde sicut distributio est accuratior, quæ fit ex absolutè consentaneis quàm ex modo quodam consentaneis, dum hæc fit per essentialia, non autem per accidentia, ita quoque perfectior est distributio, quæ fit in partes contrarias scil. binas, adversas & immediatas ut monet Aristot. post. 2. 14. Plat. in Thæteto & Cic. 2. de finib. inde hac de re hoc loc. Axioma acutissimi Rami p.m. profluxit: Tanto accuratior erit scil. distributio, quanto partium & cum toto consensio, & inter se dissensio major fuerit: Interim ubi dichotomia sive bimembris distributio commodè adhiberi nequit, licet multiformem usurpare, & multis protinus differentiis rem dividere, ut Aristot. monet. Neque enim ob διχοτομίας studium vel divisionis pars omittenda, vel rerum natura distorquenda est.

Et quia omnis distributio oritur (uti dictum est) è consentaneis duntaxat argumentis, tot erunt genera distributionis, quot sunt argumenta consentanea; & ut argumenta sunt duplicia, alia absolutè, alia modo quodam consentanea, uti sunt causa & effectum, subjectum & adjunctum, ita etiam optimè & commodissimè quadripertita instituitur distributio è causis, effectis, subjectis, adjunctis, è quibus fontib-

fontibus omnis distributio oritur. Nam omnes partes divisionis sunt, aut causæ rei totius, quę dividitur, aut effecta, aut subjecta aut adjuncta, unde aliis tripertita etiam distributionis genera appellantur, integrale, generale, accidentale, sub accidentali divisione tàm subjecta quàm adjuncta ab reciprocam vim affectionis, quæ utrisque inest, comprehenduntut.

Primum genus distributionis appellatur ex causis, quando causę sunt partes totius, & causæ dividunt totum: hæc distributio potest institui ex omnibus causis ut e. g. jus civile partim scriptum est è responsis prudentum, partim è constitutionibus Imperatorum: & illud, statuę veteres aliæ factæ erant à Phydia, aliæ à Polydeto: est distributio petita ex causis efficientib. Item statuę alię erant aureæ aliæ argenteæ, aliæ æneę, aliæ eburneæ &c. *Ex materia* Vas aliud sculptum, aliud pictum *ex forma*. Statuæ alię factę sunt ad religiosum usum, aliæ adcivilem *ex fine*.

Secundū distributionis genus ex effectis est, quando partes sunt effecta, sic homo ratione operis sui potest in effecta sua distribui, ut e. g. homo alius arat, alius bellū gerit, alius mercaturā tractat. Verū sic excellit distributio generis in species, dū illa sunt effecta generis, à quo species essentiam suam accipiunt communē, ut

infra latius.

Tertium distributionis genus est ex subjectis, quando partes sunt subjecta, ut bonum aliud inest in animo, aliud in corpore; partes hujus distributionis scilicet animus & corpus sunt subjecta bonorum. Item homines habitant alii in Europa, alii in Asia, alii in Africa. Hic homo tanquam adjunctum distribuitur in hasce regiones ut in partes subjectas.

Quartum distributionis genus ex adjunctis est, quando partes sunt adjuncta, ut e. g. Homo est pulcher aut deformis: hic pulchritudo & deformitas sunt adjuncta hominis; itaque distributio est ex adjunctis. In superiori proxima distributione ex subjectis desumpta partes erant subjecta, & totum ipsum erat adjunctum suarum partium. In hac verò distributione ex adjunctis totum, quod dividitur est subjectum, partes ex toto divisę sunt adjuncta entia, ut exemplis demonstratum est. Sed quando partes sunt causæ totius, totum illud appellatur integrum, quando autem partes sunt effecta, totum id nominatur genus, unde distributio integri in membra, & generis in species profluxit, & quamvis genus & integrum in hoc conveniant, quod utrumque totum dicatur, tamen apparet differentia: quia integrum est totum, quod essentiam sumit è membris: Ge-
nu

nus verò est totum, quod essentiam tribuit suis partibus, quod rectè Boethius libr. 3. In Topic. Ciceronis observavit, dum tradit ideò genus semper suis speciebus, prius esse, totum verò, id est, integrum suis partib. posterius inveniri, ut ex utriusque topici exemplis evidenter constat.

Et quamvis orta hæc argumenta, inter quæ distributio hæc est, & quibus omnia ipsius genera, uti integrum, membrum, genus & species, subjecta & adjuncta symbolica comprehenduntur, quamvis (inquam) hæc orta argumenta cum primis eandem arguendi vim & affectionem habeant, undè Scribonius & alii malè putant doctrinam distributionis non hujus esse loci, sed causar. & effector. &c. tamen dum eam arguendi vim secundaria ratione, aliis nominibus, iisque symbolicis & conjunctis repræsentant, non sunt ipsæ causę & effecta, sed symbola & notæ plurium causarum & effectorum. Nam inter argumenta prima causę, effecta, subjecta & adjuncta antè suis sedibus distincta docentur, & in arguendo illor. vis simpliciter & seorsim consideratur: Sic autem sunt notę & symbola causar. effectorum, subjecti & adjuncti, & ex primis iis pluribus simul conjunctis & compositis oriuntur, uti exemplis in toto & partib. abundè demonstra-

tum fuit, & ut distributio ex pluribus argu-mentis consentaneis, sic definitio ex materi & forma, descriptio autem ex pluribus etian aliis argumentis simul conjunctis constat.

CAP. 21.

De primo Distributionis genere ex causis.

Distributio ex causis est, quando partes sun causę totius, & totum dividunt: & potes hæc distributio institui ex omnibus causis; quo demonstravimus ut anteà generaliter, ita hi speciatim repetemus ut e. g. ex causis efficien tibus hęc est distributio, ars oratoria compara tur natura, doctrina & exercitatione, jus civi le in ordinem & unam consonantiam redactun est à Triboniano, Theophilo & Dorothæo. A materia, ut si dixeris domum esse compositan ex lapidibus, arena, lignis, cæmentis. A form communi, ut statuæ aliæ ad humanam effigien factæ erant, aliæ brutorum formam repręsen-tabant. Ita etiam possumus rem quampiam par-tiri ex finibus, ut homines nati sunt partim ac agendum, partim ad contemplandum.

Sec

Sed inter omnes distributiones ex causis illa distributio est præstantissima, cujus partes complectuntur materiam simul & formam totius. Hujusmodi distributio proprio nomine appellatur distributio integri in membra, quæ præcipuè laudatur. Integrum est totum, cui partes sunt essentiales, vel cujus essentiam constituunt partes, membrum est pars integri: partes igitur ex integro distinctæ comprehendunt & materiam, ex qua integrum constat, & formam quoque, per quam integrum est id quod est, itaque essentia integri deducitur ex partibus, adeò ut integrum sit effectum, partes verò causæ illæ, ex quibus essentia integri constituitur e. g. Si quis dividat hominem in corpus & animã rationis participem; & artem oratoriam in inventionem, dispositionem, elocutionem, pronunciationem, memoriam, & imitationem, est distributio integri in membra, quia partes illæ sunt causę internæ & constituentes rem ipsam. Ita si quis speciem specialissimam in partes suas distribuat, erit distributio integri in membra; sic quis potest Platonem, sub quo nullæ species aliæ continentur, quatenus scil. existit Plato, in caput, brachia, ventrem, & crura partiri, quia sunt membra Platonis, non species.

Hujuscemodi distributiones ex causis effi-

cientibus & precipuè ex materia & forma crebrò in jure occurrunt, exempli gratia: Sic juris ſcripti membra ſunt lex, plebiſcitum SCtum, Principum placita, Magiſtratuum edicta, reſponſa prudentum, membra ſunt integrantia & conſtituentia jus ſcriptum. Item Tutelę membra ſunt tutela legitima, quæ proximis agnatis jure ſanguinis defertur, Teſtamentaria quæ in ultimis voluntatibus, & dativa quæ à magiſtratu datur, membra hæc ſunt æquè integrantia & conſtituentia tutelam; Et ut prima juris diſtributio, ita & poſterior tutelæ diviſio partim petita eſt ex cauſis efficientibus, partim ex modo & forma inſtrumentali. Pari ratione Ruſticor. prędior. jura ac membra ſunt ex materia & forma petita, ſuiſque diſtincta objectis ſunt: Iter, actus, via, aquęductus, pecoris ad aquam adpulſus, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, &c. t. t. ff. de ſervitut. præd. ruſt. Et quando JCti diſtribuunt contractus reales in mutuum, depoſitum, indebitum, commodatum, pignus, eſt diſtributio ex materia, & forma modiſque deſumpta, quibus re contrahitur obligatio. Et quia inter totum & partes mutua quædam reciprocationis affectio intercedit, adeò ut nec ullus redundantiæ aut defectui locus eſſe poſſit, alterum ex altero viſſim & neceſſario

affir-

ffirmatè & negatè concluditur ut integrum est, ergò partes omnes integrum non est, ergò nec partes omnes. Partes omnes sunt, ergò integrum est. Partes omnes non sunt, ergò integrũ non est. Quocirca Aristoteles axiomata quædam promulgavit à toto ad partes, & à partibus ad totum.

A toto, ut posito toto necesse est poni partes, ut e. g. Totum judicium est res approbata à Deo, ergò & partes concessæ sunt accusare & respondere: hinc à toto integrali recte ratiocinamur, ut domus est, ergò in ea est fundamentum, paries, cubiculum. Hoc argumentum à toto ad partes est fortissimum, etiam apud JCtos, eo enim utitur Paulus JC. in l. domo ff. de pignor. act. ut domus est pignori data, ergò & area ejus tenebitur, cũ sit pars domus: concluditq; etiam in quantitate, ut sunt decem, ergo & quinque, nam in majori summa minor est l. 1. & l. decem de V. O. Et quamvis sæpe res integra ex omnib. membris disputetur, tamen, quod hic notatu dignum est, sæpè ex toto vel unum membrum concluditur, ut Quintia est formosa, ergo venusta: vel aliquot ut Quintia est formosa, ergò venustas candida, longa, recta: vel omnia sepè membra ex toto concluduntur, ut homo est, ergo constat ex animo & corpore. Proinde hic sciendum, quod

argumentum à toto ad partes negativè proce
dunt non aliter, nisi quando omnes ejus parte
sublatæ fuerint. Nam regulariter juxtà Aristo
telem sublato integro non est necesse partes e
tiam tolli, inde non sequitur, totum non est
ergo pars nulla est, ut exemplis demonstratur
nam non procedit argumentum, non est do
mus, ergò nec paries, quia destructa domo re
manent parietes & fundamentum, sic destru
cta juris civilis compage, supersunt nihilomi
nus ejus compilatores JCti, ita destructa for
ma, remanet etiam materies: undè verum ma
net axioma, destructo vel interempto toto, plo
rumque partes remanent.

Et ut regula philosophi à toto ad partes, si
etiam à partib. ad totum procedit, id est, a
firmatione partium omnium affirmatur to
tum: Et contrà sublatis partib. tollitur totum
quia integrum juxtà Aristotelem, id est, cuju
nulla pars eorum abest, ex quib. totum natur
dicitur: unde ut perfecta & absoluta sit distri
butio, precipitur, ne quam partem necessariam
prætermittas, ne quam supervacuam adhibeas
sic Cicero in Topicis, ut ostendat Pamphilum
non esse liberum, omnes partæ libertatis mo
dos & causas primùm enumerat, dein remo
tis causis ipsam libertatē tollit, si liber est, ait
factus Pamphilus igitur vel censu, vel vindicta
ve

vel testamento, vel per epistolam: atqui Pamphilus nec censu, nec vindicta, nec testamento, neque epistola manumissus est, igitur liber non est t.t. ff. de manumiss. & de manumiss. vindict. Quintilianus hanc partium enumerationem vocat remotionem partium, qua tollitur sic totum, ut aliud quid verum evincatur, v. g. si probes aliquem non esse civem, dixeris; si tu es civis, igitur natus aut factus, sed neq; natus neque factus, non es igitur civis, natus & factus partes sunt, quæ removentur, & his remotis totum, id est, Civis, falsum ostenditur, ut aliud sit verum.

Tale est illud Quintiliani lib. 5. Hic servus (aït) quem tibi vindicas, aut verna tuus est, aut donatus, aut legatus, vel ab hoste captus, aut emptus, aut alienus, at neutiquam talis, nec verna, &c. partes sunt verna, donatus, legatus, ab hoste captus & emptus, quæ sic evertuntur, ut totum etiam removeatur, & non sit ille servus proprius, sed magis alienus: Hęc partium enumeratio à M. Tullio in Rhetoricis definitur, quæ cæteris partibus expositis, & deindè infirmatis unam aliquam necessariò confirmet, & cum ab enumeratione partium argumentamur, omnes partes enumerandæ sunt, aliàs nulla ex ea ratiocinatione conclusio sequitur, exempli gratia, si quis argumentetur

jura

jura Mosaica & vetera Romana non suspe-
dunt furem, ergo fur non est suspendendus, h
non est sufficiens partium enumeratio, id
non rectè concluditur; quia sunt aliæ rece-
tiorum principum leges de furibus atrocior
bus suspendendis ob causam probabilen
quod crescentibus delictis pœnæ exasperanc
sint. Hinc sublatis non saltem omnibus, sed qu
busdam etiam partibus remotis totum tollitu
sic Catullus removet aliquot partes pulchrit
dinis, id est, causas, quę efficere possint in co
pore muliebri aliquam venustatem, ut toll
rem totam, id est, probat amicam Formia
non esse pulchram & venustam in hunc mo
dum:

Salve nec minimo puella naso,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore sicco,
Nec sanè nimis elegante lingua,
Decoctoris amica Formiani,
Ten' provincia narrat esse bellum?
Te.um Lesbia nostra comparatur?
O seclum insipiens & infacetum!

Aliquoties etiam una parte principali sublat
totum destruitur, ut e.g. non est tectum, i
gitur non est domus, quia tectum est præcipu
pars domus, ita Catullus dum à Quintia remo-
vet venustatem.

Totum

Totum illud formosa? nego: nam nulla venustas,
Nulla in tam magno est corpore mica salis.

erum quando ex principali parte totum intlligitur, non est distributio, quæ non unam d plures continet partes, sed magis erit Syecdoche membri, quando integrum ex memo significatur, ut puppis pro navi, mœnia pro be, Sic in prioribus exẽplis tectũ pro domo, nustas pro formositate tota ponitur. Hoc odo apud JCtos partes homogeneę singulæ omen sæpè totius sibi vindicant, sed Synecochicè, uti demonstratum est, ita pars quælit sanguinis sanguis dicitur, & quælibet pars gri ager. l. locus ff. de verb. signif.

CAP. 22.

De secundo Distributionis genere ex effectis, ubi de genere & specie

SEcundus distributionis modus ex effectis est, cum id quod dividitur causa est, & pares sunt effecta, ut exempli gratia. Nautæ alii n nave sunt, quorum officium est malos scanere, per foros cursitare, sentinam exhaurire; gubernator autem clavum tenet in puppi; est Distributio nauti Cic. officii, quę effectis & specie-

ſpeciebus inter ſe diſtinguuntur: ſic Martial Ruffum dividit in ſua facta:

Quicquid agit Ruffus, nihil eſt, niſi Nævia Ruff
Si gaudet, ſi flet, ſi tacet, hanc loquitur.
Cœnat, propinat, poſcit, negat, innuit, una e
Nævia: ſi non eſt nævia, mutus erit.
Scriberet heſterna patri cum luce ſalutem,
Nævia lux, inquit, nævia numen ave.

Poteſt diſtributio hæc inſtitui non modo e effectis efficientis, uti in prioribus exempl videre eſt, ſed etiam ex effectis materię, e effectis formæ & finis.

At inter omnes diſtributiones ex effectis ill eſt accuratiſſima, cujus partes ſunt hujuſmod effecta, quę eſſentiam ſuam nempè materiam & formam à toto acceperunt. Itaque hęc diſtributio ex effectis appellatur diſtributio generis in ſpecies. Nam ſpecies eſſentiam ſuam à genere accipiunt: genus autem complectitu & materiam & formam ſpecierum, & ſpeci ſunt materiata ſimul & formata effecta ſui generis: hinc ſunt notę & ſymbola plurium cau ſarum & effectorum, & ex pluribus iis ſimu conjunctis & compoſitis oriuntur, Hic igitu de genere & ſpecie dicendum eſt; hoc ut ri & ordine fiat, proponenda eſt primò utriuſque origo & definitio, dein diſtributio, poſtrem uſus.

Genus definitur totum partibus essentiale, appellatur genus per metaphoram ducta similitudine ab his, qui sunt ejusdem familiæ & cognationis; ut enim idem principium sui ortus species habent, ita ad communem sui generis originem referuntur. Genus itaque est, quod habet naturam quandam communem suis speciebus, id est, partibus, undè apparet differentia inter integrum & genus. Integrum enim est totum quod essentiam suam sumit è membris: genus verò est totum, quod essentiam tribuit partibus: sed illam essentiam, quæ speciebus omnib. æquè communis est, genus significatione sua complectitur, & ut bene Ramus, est totũ, cujus essentia communiter ad singulas species attinet, diciturque hinc essentiale, quoniam symbolum est communis essentię. Non enim genus propriè essentiam tribuere speciebus dicitur (cum in se extra species ὄντως nihil sit) sed earum duntaxat essentiam communem significat. Quod enim essentiale est, & speciebus omnib. commune, cujus notio consignata mente genus dicitur. Siquidem genera sunt verę illę ideæ non separatę Arist. post. 1. 18. quæ ideę secundum Stoicos nihil aliud sunt, quàm notiones nostrę.

Itaque genus essentiam illam, quę omnib. speciebus communis est, significatione sua comple-

complectitur mente consignatam, sic anima genus hominis & bestiæ dicitur. Quia anima est totum, cujus essentia nempè corporea, animata sentiens ad bestiam & hominem communiter attinet. Item homo & bestia sunt species animalis, quia partes sunt animali subjectę, qu animalis essentiam communem habent. Quar quicquid in se materiam ac formam sic complectitur, ut utramque partib. sibi subjectis æqualiter communicet, id appellabitur nomin generis. Sic materia & forma hominis ęqualiter attinet ad Socratem, Platonem & Ciceronem. Inest enim in Socrate, Platone, Cicerone facultas vitæ, sensus, & rationis, quæ e forma hominis. Quod si igitur homo communicet suam & materiam & formam Socrat Platoni, & Ciceroni, profectò homo erit genus Socratis, Ciceronis, Platonis. Unde qui as severant hominē esse speciem singulorum ho minum turpiter hallucinantur, quia singuli ho mines inter se disparantur, & specie & form differunt: suis enim & propriis formis individua singula constant, quibus id sunt, quod sun & à cæteris tam numero quàm forma distin guuntur. Itaque hominem singulor. homi num genus, non speciem dicere debemus; ho naturalis & germana vis generis & speciei c stentat, tum etiam Clarissimor. Authorum te

stimoni

imonia evincunt. Aristot. phil.β.4. τὰ ἔχατα
ένη, id est, infima genera appellat, quæ de in-
lividuis prædicantur, Seneca Epist. 58. sive
ibr.9.1. hominem animalis quidem speciem
sse dicit, sed genus Catonis, Ciceronis, Lu-
retii. Itaque quà multa (inquit) continet ho-
no, in genus cadit: quà sub alio continetur,
n speciem. Item Stoici apud Laertium vo-
ant Socratem speciem specialissimam, imo
pse Aristot. de part. 1.4. Socratem & Cori-
cum τὰ ἔχατα εἴδη infimas species appellat,
inc frequens ipsi in ore & in scriptis fuit τὸ
νθρώπων γένος hominum genus. Eademque
oquendi forma, inspecta naturali & germana
i generis ac speciei, JCti sæpè utuntur, dum
ominem genus, Stychum, Titium & Pam-
hylum species dicunt passim in toto jure, &
ręcipuè l. eum qui ędes ff. de usucapion. & l.
egato de legat. 1. gloss. in l. 2. ff. si cert. pet.
bi JCti eleganter appellant idem genus, &
andem speciem, quod vulgus in scholis te-
ebricosis idem specie & idem numero dicit.
Species est pars generis: Cicero maluit
ormam, quàm speciem dicere propter verbi
ommoditatem; sed quia forma inter causas
umeratur, magis placuit nomen speciei. Hęc
pecies, quę est pars generi subjecta, forma di-
itur à similitudine quadam formarum natu-

ralium, quę ut rudem corporis molem infor mant, & speciendam & contemplandam tra dunt; sic pars aliqua specialis confusam gene ris communionem velut effingit, & addition sui quid certius nobis exprimit. Præter Ari stotelem & Stoicos Cic. libr. 1. de invent. & Plato in politicis speciem partem generi sub jectam quoque probant. Ut enim genus ide vocatur totum, quia partes sibi subjectas scil species comprehendit, ita quælibet specie pars erit illius generis, à quo continetur, a species sunt partes suo generi subjectę hujus modi, quę essentiam illius communem habent sic homo vel bestia est pars constituta ex ill essentia corporata, animata, sentiente, qua inest in animali. Communem, ut dixi generis sui essentiam species habent, pro priam enim essentiam species, per quam est id quod est, à forma propria habet, quæ ge neris significatione minimè continetur, quo Arist. Phil. 2. 12. rectè observavit: genus (in quit) non videtur particeps esse differentia rum; simul enim contrarior. idem particeps es set; siquidem differentiæ contrarię sunt. Und illud, plus esse in specie, quàm in genere, pro fluxit. Nam ut Porphyr. c. 4. tradit, differen tia est, qua species genus superat. Etenim to ta generis essentia æqualiter inest in singuli
spe-

eciebus: at tota essentia speciei non inest in
enere: quia, ut ritè Porphyr. c. 4. id observat,
enus potentia quidem omnes habet differen-
as, quę sub ipso sunt, actu verò nullas. Spe-
es igitur si ad genus referantur, nihil diffe-
unt, sed idem prorsus omnes sunt, ut Plato in
Menone, genus, inquit, per omnes species u-
um idemque est, quod & Galeno placuit de
per. sect. ubi comunitas, aït, identitas est in
uribus. At si ad se invicem species referan-
ur, non modò oppositæ sunt, sed etiam (si bi-
e fuerint) adversæ, sive ut plato aït, ἐναντιώ-
λαι, vel ut Aristoteles ἀντιδιῃρημέναι, unde di-
tibutio in adversas species Stoïcis ἀντιδιαίρεσις
icitur.

Tradita definitione Generis & speciei, di-
tibutio sequitur utriusque: Genus est genera-
lissum aut subalternũ: Generalissum genus di-
cur, cui nullum est genus, ut argumentum in
gica inventione est genus generalisſ. nullum
e enim genus superius, sub quo argumentum
omprehendatur. Res igitur ea, super quam
ullum est genus, appellatur genus generalis-
mum. Subalternũ genus est, quod genus hu-
s, species illius est, ut homo est genus Socra-
t & Platonis, species verò animalis: Est itaq;
genere subalterno relatio duplex: relatio ad
m inferiorem, id est, speciem, hac ratione

homo est species animalis, & relatio ad rem superiorem, id est, genus: ita homo est genu Socratis & Platonis. Pari ratione tutela est species potestatis ac juris alicujus in minorenni; genus autem est legitimę, dativæ, ac testamentariæ tutelę; consimiliter pignus est specie contractus, genus autem hypothecar. quę pe pactum conventum, jussum magistratus, & tacitè per invecta & illata contrahuntur.

Species est ubalterna aut specialiss. Nullun omninò est discrimen inter speciem subalternam & genus subalternum, sed eadem est definitio, & natura utriusque, uti exempli admonstravimus. Species specialiss. dicitur, qu dividi nequit in alias species: Species subalterna distribui potest in alias species sibi subjectas: ut homo dividitur in Socratem, Platonem, &c. At species specialiss. est omnium spe cierum infima, ita ut res nullas sibi subjecta habeat, in quas dividatur: indè nomen indivi duorum apud peripateticos profluxit. Sic Pla to est species specialiss. quia sub Platone nul species continentur, in quas distribuatur. Pc test quis Platonem in caput, brachia, & cru ra partiri: at caput, brachia & crura sur membra Platonis, non autem species. Proi de hic advertendum, nihil interesse utru genus dividatur in ipsas species, an in spe cieru

ierũ formas. Nam distributio generis in formas specierum eadem est, quia formæ cum genere constituunt suas species, easque perfectè & quidem divisim definiunt. Indè vulgo differentiæ specificæ, & constitutivæ à peripateticis sunt dictę, ut e. g. Res animatæ viventes aliæ sunt vegetantes, alię sentientes, aliæ rationales: Est distributio rerum animatarum viventium in suas formas sive species. Nam, uti diximus, species etiam forma dicitur, tum quia formæ cum genere constituunt suas species, tum quia forma suam habet denominationem à similitudine quadam formarum naturalium, quę ut rudem corporis molem informant, spectandam & contemplandam tradunt: sic pars aliqua specialis confusam generis communionem velut effingit, & additione sui quid certius nobis exprimit. Undè hallucinantur, qui duos modos divisionis faciunt, & cum genus in species partiuntur, ut animal in hominem & bestiam: & cum genus in differentias (ut loquuntur) secant, ut animal in rationale & irrationale: cum tamen unus & idem sit modus: ut illic in priori exemplo species suis nominibus, sic in posteriori exemplo suis definitionibus evidentius & quidem divisim explicentur.

Unde ut accuratè Ramus, Distributio generis, ait, in species valdè quidem excellit, sed

difficilis est & rara inventu. Hęc excellentia o-
ritur ex arctiss. consensione generis cum sp-
ciebus, & acerrima dissensione specierum i.
terse. Sed & ipsius generis & speciei tanta e
præstantia, tantus usus, ut quicquid in artib
ex caussis & effectis sumitur, id totum ferè g
neris & speciei notionibus comprehendatu
Difficultas videtur oriri partim à formaru
obscuritate, quæ species constituunt, parti
etiam à nominum penuria, quibus genera e
species insigniri oporteret. Tamen illustratio
nis gratia afferri possunt exempla è bonis autho
ribus. sic Cic. 1. offic. quando virtutem div
dit in quatuor species prudentiam, justitian
fortitudinem, temperantiam, sed omne, ai
quod honestum est, id quatuor partium oritu
ex aliqua: aut enim in perspicientia veri sc
lertiaque versatur: aut in hominum societat
suendæ, tribuendoque suum unicuique,
& rerum contractarum fide: in animi excel
atque invicti magnitudine ac robore: aut in o
mnibus quę fiunt, quæque dicuntur ordine &
modo, in quo inest modestia & temperantia
divisio hæc ex primò libro Platonis ex legibu
sumpta est. In hoc exemplo honestum genu
est, quod dividitur in quatuor species, pruden
tiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam
quę non propriis vocabulis, sed definitionibu
divisun

divisum explicantur: Nam ut anteà dixi & exemplis etiam admonstravi, non interest, utrum genus in formas, an in formarum definitiones distribuatur. Clariori exemplo hunc distributionis locum generis in species illustrat poëta Naso, dum animalia dividit in quinque species stellas, aves, bestias, pisces, homines, in hunc modum ut 1. Metamor. canit.

Neu regio foret ulla suis animalibus orba,
Astra tenent cœleste solum formęq; Deorum:
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ:
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër,
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ.
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est. Est distributio generis in species subjectis illustratas, dum quinque istas animalium species ex subjectis locis cœlo, aëre, aqua, terra distinguit; Platonem in Timæo imitatus est, qui quatuor animantium genera facit, quorum unum divinum atque cœleste, alterum pennigerum atque aërium, tertium terrestre, quartum divinæ animationis esse docet: ita & Ovidius stellis animam tribuit, & cum stellis cæleste solum tenere formas Deorum asserit. Usus generis & speciei varius & multiplex est: alias enim adhibetur ad perfectam divisionem, qua genus in species dividitur, ut superioribus exemplis constat, alias ut

unam vel aliquot ſpecies concludat: alias ut vi-
ciſſim ab una ſpecie vel ab aliquot conclud-
tur: tunc enim ſeparatim alterũ ex altero con-
cluditur. Genus, inquit Fabius, ad probandam
ſpeciem minimum valet, hinc poſito gener
non ſequitur precíſe poſitio unius ſpeciei, unc
non valet conſequentia, animal eſt, igitur hom
eſt, quia poteſt eſſe equus vel aſinus: neque re-
ctè conſequitur, eſt creditum, ergo eſt mutu
poteſt enim depoſitum vel commodatum eſſ
Itaque ut ait Ariſtot. non neceſſe eſt, ut qu
generi competunt, etiam ſpeciei convenian
ſcilicet niſi genus univerſaliter enũtietur: tun
affirmato genere affirmatur ſpecies non queli-
bet, ſed aliqua: namque ut docet Philoſophu
neceſſe eſt, ut de quibus genus prędicatur, de i
etiam ſpecies aliqua prædicetur. Sed genus a
refellendã ſpeciẽ ſemper valet ut e.g. quod no
eſt arbor, utique platanus non eſt, nam ut Ariſ
Top. 4. 4. quæcunque generi non inſunt, nequ
ſpeciei conveniunt: Indè illa J C. regula proflu
xit, à quocunq; removetur genus, removetur &
quęlibet ejus ſpecies, ut in c. 1. de prohib. feud
alien. per fœd. ubi dicit quod ſi mulier prohi
betur per ſtatutũ donare, nõ poteſt etiã donar
cauſa mortis, quia à quocunq; &c. removetur

Contrà ſpecies firmam habet probationen
generis, infirmam refutationem, nam quo
hom-

omo est, animal est, quod mutuum est, creditum est, quod justitia est, utique virtus est; quia quæ speciei, eadem quoque generi adtribuuntur; Et uti species firmam habet probationem generis, ita, ut dixi, infirmam refutationem, nam quod non est justitia, utique potest virtus alia esse ut fortitudo, temperantia &c. hinc non est necesse, ut quę de specie negantur, negentur etiam de genere. itaque à remotione speciei ad remotionem generis non procedit argumentum, ut e. g. non est homo, ergo non est animal, quia præter hominem dantur aliæ species disparatę, quę animali subordinantur, hac etiam ratione si species aliqua probetur excepta vel exempta, argumentum ad remotionem generis non procedit, indè illa JC. regula profecta est, quod in toto jure generi per speciem derogetur, scil. aliquid & illud potissimum spectandum sit, quod ad speciem directum est. Nunquam itaque tolletur à specie genus, nisi omnes simul species, quæ sunt generi subjectę, tollantur. Speciebus autem omnibus negatis, genus quoque negatur, ut Aristot. Topic. 4. 1. argumentatur, & uti idem Phil. Top. 3. 4. si secundum (aït) nullam motus speciem movetur, utique non movetur. Et contrà genere universaliter affirmato, affirmantur species: genus enim ut totum, & uni-

versæ species inter se reciprocantur: tunc eni
si genus universè sumatur, genus ad proba
dam speciem maxumè valet, & ex eo licebi
concludere & omnes & singulas species:
omnis virtus est expetenda, justitia igitur ex
petenda, & prudentia & fortitudo & tempe
rantia. Ita ex genere species plures conclud
Cicero, dum sibi objicit, tu es orator, Ar
chias poëta: quomodo igitur debes illi fruct
Eloquentiæ tuæ? Etenim, aït, omnes arte
quę ad humanitatem pertinent, habent quo
dam commune vinculum: & quasi cognation
quadam inter se continentur: hic ars est genu
poëtica & Eloquentia sunt species. Itaque re
ctè argumentamur à genere universaliter sum
pto ad species tam affirmativè, ut animal es
ergo vel stella, avis, bestia, piscis vel homo est
quàm etiam negative, ut si animal non sit, er
gò nec ullæ ejus species erunt, quia cui adimi
tur genus, eidem adimitur & species. Item a
pud JC. argumentum & affirmativè & nega-
tivè firmiter procedit ut Cic. in Topic, tradit
si (aït) argumentum omne mulieri legatum
est, non potest ea pecunia, quæ numerata do-
mi relicta est, non esse legata: argentum genus
est, dum pecuniam numeratam complectitur
& nomina debitorum; Negative apud JC. e-
tiam argumentum procedit, ut non est adop-
tio,

tio, igitur adrogatio esse non potest. l. 1. & 2. ff. de adoptionib. Aliquandò etiam ex genere species unica concluditur, Catullus.

Nulli se dicit mulier mea nubere malle,
Quàm mihi, non si se Iuppiter ipse petat;
Dicit, sed mulier cupido quod dicit amant,
In vento & rapida scribere oportet aqua.

Mulier genus est hujus mulieris.

Sequitur nunc usus speciei, & primus quidem, cum ex unica specie genus concluditur, in quo speciei affirmatio concludit generis affirmationem, ut justitia est expetenda, virtus igitur est expetenda, ita à specie unica genus concluditur à Cicerone in Antonium, dum quæritur, utrum motus Antonianus sit bellum? probatur à specie: tumultus est, aït, igitur bellum est, nam ex specie affirmata genus affirmatè concluditur.

Secundus usus speciei est, cum plures ad concludendum genus adhibentur; & dum species colliguntur, genus per species tractatur: ita Ovidius probat virtutem in rebus adversis conspici per inductionem specierum, quoniam scilicet virtus militis, nautæ, medici rebus adversis spectatur 4. de Tristib.

Materiamque tuis tristem virtutibus imple:
Ardua per præceps gloria vadit iter.

Hectora

Hectora quis noſſet, fœlix ſi Troja fuiſſet?
Publica virtutis per mala facta via eſt:
Ars tua Tiphy jacet, ſi non ſit in æquore fluctus
Si valeant homines, ars tua, Phœbe, jacet.
Quę latet, inque bonis ceſſat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturque malis.

Hujus proinde generis & ſpeciei loci ſunt
omnia ferme exempla, quæ rebus generaliter
propoſitis ſubjiciuntur miram habent in omni
vita civili benè ac fœliciter conſtituenda, ne-
dùm forenſibus cauſis, cum gratiam tùm dig-
nitatem exempla. Nam & copioſam quandam
ad informandos mores ſupellectilem prębent,
ceu imagines & ſpeculum humanitatis, unde
documenta petantur, quibus & Reipub. dig-
nitas conſervetur, & publicis privatiſque ra-
tionibus rectiſſimè conſulatur, proindè in ar-
tibus tàm inveniendis quàm tradendis (nam ex
inductione exemplorum præcepta colligun-
tur) exemplor. uſus inſignis eſt, & pręcipuè
in omni ſermone; hinc rectè Socrates apud
Platonem exempla obſides ſermonis appellat,
item Ariſtot. monet Topic. 3. 2. ad perſpicui-
tatem exempla afferenda eſſe & parabolas;
exempla, inquit, propria & ex rebus notis de-
ſumta; ſic enim addit clarius fore, quod pro-
ponitur, neque hoc ſolum præſtant exempla
quod anteà in comparatis dictum eſt in omni
huma-

umani officii actione animos nostros atque
entem excellentium virorum præclarè factis
c dictis ad omnem honestatem conformemus, sed alieno ut judicio dubiis in rebus fruamur: alieno etiam v. periculo v. consilio, quod
ædum inceptu, fœdum exitu fuerit, devitemus. Horum usum his verbis declarat Cic.
. Orat. in Verrem, expectant, inquit, ii
ui audiunt, exempla ex vetere memoria, &
nonimentis ac literis, plena dignitatis, plena
ntiquitatis. Hęc plurimum solent & auctoritatis habere ad probandum; & jucunditatis ad
udiendum. Hæc exempla sunt vel comparata
uæ arguunt quid par, impar, simile: vel specialia, quæ genus arguunt, sumuntur à simili,
t exempli gratia: Saturninus jure occisus est
ropter seditionem, sicut duo Gracchi. A dissimili, ut Marcellus ornamenta Syracusanis
ostibus restituit, Verres eadem Syracusan. sociis abstulit; A majori, ut si ob proditam libertatem Brutus proprios occidit liberos, debet
puniri & transfuga. A minori, ut P. Scipio
privatus Tiberium Gracchum mediocriter
labefactantem Reipub. statum interfecit: Catilinam totum orbem terrarum cęde atque incendiis vastare cupientem nos Consules perferemus?

Alia dixi exempla esse comparata, alia spe-

cialia, quæ genus arguunt: hæc igitur exempla specialia suo generi accommodata propriè e- runt hujus loci. Unde hic aliàs à genere dispu tatio descendit ad species explicandas: aliàs à speciebus ascendit ad generis amplificationē hic & ipsius generis & speciei tanta est præ- stantia tantusque usus, ut quicquid in artibus ex causis & effectis sumitur, id totum fermè generis & speciei notionibus comprehendatur hic in omni quæstione explicanda, sive sit ge- neralis ut thesis, sive specialis, quæ hypothesis dicitur, insignis horum argumentor. usus elu- cet, nam & hypothesin ad thesin revocare (quę præcipua est augendi ratio) & thesin ad hypo- thesin deducere usitatissimum est. Ita quando thesis ad hypothesin procedit, sive quando ex genere species probatur, enata sint illa Rheto- rum præcepta de quæstione speciali ad genera- lem transferenda. Sic Cicero in orationibus suis, quę versantur circa finitas & singulares quæstiones, in universum genus frequenter ex- currit, ut quod probatum fuerit in genere, probetur etiam in specie. Sic de vita rustica, & supplicio parricidarum pro Roscio Ameri- no à Cicerone generaliter disputatur. Sic in divinatione de accusatore constituendo disse- ritur. Sic pro Cecinna, pro Cluentio, pro Muræna de jure civili. Sic pro lege Manilia

eImperatore conſtituendo. Sic pro Archia de udiis artium & laude poëtarū. Sic pro Plan-o de fama & gratia. Sic pro Seſtio de Opti-iatibus. Sic pro Cælio de adoleſcentia. Sic ro Milone de conſcientia & vi divina: qui oci communes à Rhetoribus appellan-ır, quia generalem diſputationem continent. Contra vero etiam per ſpecies ad genus a-cendimus, unde ſunt inductiones Rhetorum t Philoſophorum à ſpecialibus rebus ad uni-erſas, hęc inductio vocatur ab Ariſtot. in To-icis progreſſio à particularibus ad univerſa-a, cujus inductionis ope omnia artium præ-cepta inveniuntur, & dogmata generalia in uavis arte, vel in civili & militari prudentia ındantur. Tunc ſpecies ſivè exempla ſpecia-a rebus generaliter propoſitis ſubjiciuntur, t Dii præſentiam ſuam exhibent hominibus, t Cicero, ut Caſtor, Pollux, Fauni; quæ ex-mpla ſpecies quædam Deorum ſunt. Ita uando idem Cicero diſputat in paradoxo pri-no veteribus Romanis unicam virtutem pro-oſitam fuiſſe, hanc locum exemplis Regum t conſulum & aliorum fortium virorum illu-rat, quæ ſingulares civium Romanor. ſpecies ınt, tale eſt illud Ciceronis pro Milone, Pu-lii, aït, Clodii mortem æquo animo ferre emo poteſt: luget Senatus, mœret equeſter

ordo

ordo, tota civitas confecta senio est, squallen municipia, afflictantur coloniæ, agri deniqu ipsi tàm salutarem, tàm mansuetum civem de siderant.

Insignis est & frequens horum exemplo rum usus præcipuè in legendis & applican dis historiis, dum per exemplorum inductio nem generalia constituuntur præcepta admon strando, ut à genere disputatio descendat a species explicandas, utque rursus à speciebu ascendat ad generis amplificationem; cuju doctrinæ unicum atque alterum argumentu illustrationis gratia afferam ex florentissim rerum Romanar. Scriptore Floro: refert il: in bello pop. Rom. adversus gentes exter libr.4. Marmaridas atque Garamantas à C rinio subactos: potuit (addit scriptor) & ille r dire Marmaricus, sed modestior in æstiman victoria fuit: hic prius ab argumento speci ascendo ad generis amplificationem, & ab e emplo Curinii, qui Marmarici nomen à gen devicta aspernatus modestior fuit in æstima da victoria, constituo & extraho generale pr ceptum, quo inculcatur animi moderatio secundis, veterum Romanor. allegata virtut qui mentes suas impotentiæ & temeritatis i cursu transversas ferri non patiebantur. Dei de axiomati generaliter proposito speci

subjic

ſubjicio; allego longe ordine Germanicum præclarum, & inclytum Publicolam, Rutilium Cenſorinum, Cincinnatum, Fabium & Scipionem Africanum, qui exiſtimabant meritò fœlicis & prudentis eſſe, ut imponeret modum rebus ſecundis inſigni animi moderatione. Germanicum produco, qui cœſo Arminii exercitu & laudatis pro concione victoribus congeriem armorum ſtruxit ſuperbo cum titulo, Debellatis inter Rhenum Albimque nationibus exercitum Tiberii Cæſaris ea monimẽta Marti & Jovi & Auguſto ſacraviſſe. At ille ſc. Germanicus victor, ut Tacitus refert; de ſe nihil addidit, metu invidię, an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe. P. deindè Valerio Publicolà id axioma generale probo, qui populi majeſtatem veneratus Publicolæ cognomen aſſecutus eſt, ut ille cum exactis regibus omnia imperii inſignia titulo conſulatus in ſe tranſlata cerneret, invidioſum magiſtratus faſtigium moderatione ſua ad tolerabilem habitum deduxerit, ut faſces & ſecures in concione populo ſubmiſerit, ędes etiam ſuas diruendo, quia excelſiore loco poſitæ inſtar arcis haberi & aſpectari videbantur. Addo ejuſdem moderationis virum M. Rutilium Cenſorinum, qui iterum Cenſor creatus ad concionem evocatum populum, quàm potuit graviſſima oratio-

ne corripuit, quod eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet, cujus tempus majores ob nimiam amplitudinem coärctandum judicaſſent. Talis & fuit L. Quint. Cincinnatus, cujus honorem & dictaturam cum P.C. continuare vellent, ob egregia in patriam merita unà volente populo eoſdem tribunos in proximum annum eligere, utrumque diſcuſſit, maluit ad aratrum ſuum redire triumphalis Agricola, ſenatuſq; ſtudium ſimul cohibuit, & Tribunos verecundiæ ſuę exemplum ſequi coëgit. Item Fabium Maximum adjungo, cum à ſe quinquies & à patre, avo, proavo, Majoribuſque ſuis ſępenumerò conſulatum geſtum animadverteret, ille in Comitiis, quibus filius ſummo conſenſu Coſ. creabatur, quàm potuit conſtanter cum populo egit, ut aliquandò vacationem hujus honoris Fabiæ genti daret, non quod virtutibus filii diffideret, ſed ne maximũ imperium in una familia continuaretur: Inſuper modeſtiam Africani ſuperioris prędico, cum Romani maxima ejus merita paribus ornamentis decorare vellent. Nam voluerunt illi ſtatuas in Comitio, in roſtris, in curia, in ipſa denique Jovis Opt. Max. cella ponere: voluerunt imaginem ejus triumphali ornatu indutam capitolinis pulvinaribus applicare, voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos conſulatum perpetuam-

petuamque dictaturam tribuere. At ille nihil sibi eorum plebiscito dari, neque SCto decerni passus est. Itaque dum ab hisce speciebus ad generis amplificationem ascendo, conclusdo, quod in adpetenda gloria, rebusque secundis modestia sit præstabilior.

Unicum adhuc exemplum illustrationis gratia è militari historia in hoc disserendi campo depromam. Refert Florus lib.2.c.12. in bello Macedonico secundo adversus Persem Macedoniȩ regem gesto, quod Paulo Æmilio Consule cum majora & crebra essent imposita prȩsidia, per alias vias Macedonia sit deprehensa, summa quidem (aït) arte, & industria ducis, quum alia minatus, alia irrepsisset. Hoc exemplo speciali probo & generalem extruo regulam, quod arte & industria Duci sæpè militari aliud fuga simulandum, aliud irruptione, viaque alia tentandum sit. Dolus enim an virtus quis in hoste requirit? & quod hic dolus à veteribus solertia vocitetur, quod vetus hoc sit & probatum militare stratagema à priscis ducibus inculcatum, probo variis inclytor. belli Ducum Stratagematis, Philippi Maced. Annibalis, Germanici, &c. & Cheruscor. Ad probationem hujus axiomatis allego Philippum Macedonem, qui idem sæpè præcepit Athenagore aliisque ducibus, ut si aperto prælio

res procederet, uterentur fortuna, sin minus, cedendo sensim ad insidiarum locum hostem pertraherent. Annibalem subjicio hoc astu bella gerentem: Ille ut insidiis tentaret Æmilium & Varronem Coss. ratus dissimiles discordesque imperitare, una & tempus & locum insidiis se aptum habere, castra plena omnis fortunæ publicæ privatæque reliquit, transque montes proximos lęva pędites instructos condit, dextra equites, impedimenta per cornua in medium agmen conjecit, ut diripiendis veluti desertis fuga dominor. castris occupatum impeditumque hostem opprimeret: unde crebri in castris relicti ignes, ut fides fieret. Sed detectæ (ut scribit Livius) insidiæ per M. Statilium Romanum, qui exploratum mittitur, sic etiam Catti test. Tac. 1. vel experientia, vel militari peritia edocti terga abeuntium Rom. lacescere non ausi sunt, rati Germanicum recepto more magis astu quàm per formidinem cedere: addo Cheruscos ex Tacito, qui fugam simulantes Cariovaldam ducem Batavorum in planitiem saltibus circumjectam traxere, dein coörti & undique effusi trudunt adversos. Itaque ex specialibus hisce exemplis generalem regulam amplifico, statuoque, quod arte, solertia, & industria Duci militari aliud sæpe fuga simulandum, aliud irruptione viaque

alia

lia tentandum sit, & quod porrò hoc vetus sit & probatum militare stratagema à priscis ducibus inculcatum.

CAP. 23.

De tertio Distributionis genere ex subjectis.

TErtius distribuendi modus è subjectis est, cum adjunctum aliquod distribuitur in sua subjecta, & quando partes sunt subjecta, id est, quando veræ partes intellectæ subjectis distinguuntur vel adumbrantur. Ita Poëta 1. Georg. opus illud quando in quatuor partes sive membra distribuit, subjectis suis distinguit, quorum primum est de segete, secundum de arboribus, tertium de pecore, quartum de apibus.

Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram,
Vertere Mecænas: ulmisque adjungere vites
Conveniat: quæ cura boum, quis cultus habendo
Sit pecori, atque apibus quanta experientia parcis,
Hinc canere incipiam.

Item Cicero pro Muræna, intelligo, aît, judices tres totius accusationis partes fuisse, &

earum unam in reprehensione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatã: Ubi accusationem in tria membra distinguit subjectis suis distincta. Ita si quis dicat bonum aliud inesse in animo, aliud in corpore: partes hujus distributionis scilicet animus & corpus subjecta sunt bonorum. Tale est illud: homines habitant in Europa, Asia, Africa, hic homo est adjunctum harum regionum: & dividitur in has regiones tanquam in partes subjectas. Tale est illud Ciceronis, Fuit, äit, à Platone accepta philosophandi ratio triplex: una de vita & moribus: altera de natura & rebus occultis: tertia de disserendo, & quid verum, & quid falsum, quid rectum in oratione, pravumque, quid consentiens, quid repugnans in judicando: Hæc enim sunt tria objecta, circa quæ Philosophia versatur, nempè circa mores, circa res naturales & occultas, & circa disserendi rationem. Hoc modo JCti dividunt jus, quatenus est ars boni & æqui in tria objecta, personas res & actiones. Item matrimonii objecta sunt pubertas naturalis, & mens sana non furibunda. Tutelæ objecta sive subjecta sunt ratione pupilli ætas minorennis & impotentia semetipsum tuendi, ratione autem ipsius tutoris subjecta sunt satisdatio Rem pupilli salvam fore, juramentum, inventarii con-

confectio, &c. Item ultimarum voluntatum objecta sunt, quib. ut subjectis suis testandi modi distinguuntur, justa ætas, sani mores, ac sensus integri.

CAP. 24.

De quarto Distribut. genere ex adjunctis.

DIstributio ex adjunctis est, quando partes sunt adjuncta. In superiore proxima distributione partes erant subjecta, & Totum ipsum erat adjunctum suarum partium. In hac verò distributione ex adjunctis Totum quod dividitur est subjectum, partes ex toto divisæ sunt adjuncta, ut e. g. hominum alii sunt pulchri, deformes, sani, ægri, divites & pauperes. Hic pulchritudo & deformitas, ęgritudo & sanitas, divitiæ & paupertas sunt hominum adjuncta: Ita quando JCti tradunt alios homines esse liberos, alios servos & rursus quosdam ingenuos, quosdam libertinos esse, est distributio hominis in sua adjuncta. Sic Cæsar. 1. bell. gall. Galliam in tres partes sivè membra distinguit incolis suis, id est, adjunctis locatis distinctas. Gallia (inquit) est omnis divisa in tres

partes, quarum unam incolunt Belgæ, alia Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celt. nostra galli appellantur. Sic Virgil. 1. Geor. mundum dividit in quinque partes, media torridam, duas extremas frigidas; & reliqu duas temperatas qualitatib. suis, id est, adjuctis distinctas, quas ipse zonas appellat in hu modum. 1. Georg.

Quinq; tenent cœlum zonæ, quarum una coru
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni
Quā circum extremæ dextra lævaq; trahuntu
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris,
Has inter mediumque duæ mortalibus ægris
Munere concessæ Divum.

Mathematici zonas per metaphoram dicu pro circulis in cœlo, & in terra fictitiis: cœlum igitur in hac divisione subjectum est: zo nę autem adjunctæ cœlo. Sic Lucan. cœlum i orientē, occidentem, meridiē septent. dividit

Vnde venit Titan, & nox ubi sidera condit:
Quaque dies medius flagrantibus æstuat horis:
Et qua bruma rigens, & nescia vere remitti
Astringit Scythicum glaciali frigore Pontum.

Hęc sunt quatuor distributionis genera causis, & effectis, subjectis & adjunctis petita Nec ullus prętereà alius distributionis modu dari potest. Quia contrarium in contrarium, vel repugnans in repugnans, ut e. g. album in ru

brun

orum vel nigrum non dividitur.

Et quamvis partes inter se comparatæ nonnunquam dissentaneæ sint, ut homo & bestia in divisione animalis: & aliquando dissimiles, ut prudentia, justitia, fortitudo, temperantia in divisione virtutis, tamen totum semper est consentaneum suis partibus: proinde hic animadvertendum est ex quatuor traditis distributionum generibus duo esse primaria, alterum ex causis, alterum ex effectis, ex causis quando totum integrum in membra sua dividitur, ut homo in corpus & animam, hic partes corpus & anima sunt causæ & proinde memba hominem constituentia: Ex effectis etiã distributio primaria sumitur, cum totum universale in suas species, earumvè formas distribuitur, ut animal in hominem & bestiam, hic partes ut homo & bestia sunt effecta animalis. In reliquis autem generibus quę ex subjectis & adjunctis petuntur, nec totum, nec partes verè dicuntur, sed ex adjunctione quadam: totum enim à partibus, & partes à toto in his separari sæpè possunt: quod à totius & partium natura alienum est Nam cum adjunctũ dividitur in subjecta, ipsa subjecta non sunt veræ partes adjunctorum, sed quodam modo partes consentaneæ dicuntur, quia cum adjunctis comprehensa sunt. Item cum subje-

cta in adjunctum dividimus, ipsa adjuncta ...ræ partes non sunt, sed hoc ipso tantùm, quod in subjectis insint, e.g. ut colores non sunt p...tes corporis, sed quia partib. corporis inhære..., adjuncta dicuntur.

CAP. 25.

De Definitione.

DEfinitionis autem doctrina inter argumenta artificialia idcircò postrema tr...ditur, quia definitio potest fieri ex omnib. e...positis argumentis consentaneis, dissentane..., comparatis, notatione, conjugatis, atque etia... ex ipsa divisionis natura depromitur. Postpor...tu. definitio distributioni, dum imperfecta d...finitio ex distributione constituitur, & du... perfecta definitio genus à distributionis cat...goria, cujus hæc doctrina propria est, mutua...tur. Quod & ipse Aristot. post. 1. 14. inculca... ubi præcepit definitionem specierum ex gene...ris divisione; generis verò ex inductione spe...cierum colligendam esse. Unde & Plato i... sophistic. distributionis munus esse, doce... viam sternere ad definitionem, & ideo distri...butionem βασιλικὸν λόγον appellavit. Defini...

propri...

roprie est fine concludere, & terminare, ut grum, ut aream, ut regionem, & per metahoram est rei proposite naturam quasi verbis ircumscribere & explicare: ut enim mensores lecempeda agrum metiuntur, ut eum ab aliis gris distinguant: ita res, de qua agitur, definiione quid sit explicatur, & à cæteris rebus diinguitur. Itaque definitio est, qua explicatur uid res sit, sic illud, quo natura arboris declaitur & illustratur, est arboris definitio. Nam efinire nihil aliud est, quàm rei naturam illurare & explicare. Hęc definitio tribus virtub. laudatur, proprietate, ut rem totam & soim quæ definitur contineat, perspicuitate, ut larè exponat quid sit; brevitate, ut facilius eiscatur juxta illud, quicquid præcipias, esto revis.

Definiendi genera duo sunt, alterùm proriè definitio, alterum descriptio nominatur. æc divisio definitionis in organo Aristot. veris quidem expressa non est, sed tamen huc ermè recidunt, quę ab Aristot. Top. 6. de vea definitione, & Topic. 5. de descriptione recipiuntur. Undè illæ demonstrationes quæ er causas fieri solent, apud peripaticos enatæ int: hinc enim est, quod Aristoteles dixit, denonstrationem fieri per causas, & demonstraonis principium esse definitionem, per quam

omnes

omnes scientiæ, omniaque artium præcepta comparantur. Hinc etiam est, quod in omni tractatu, usum si spectes, primum locum sibi jure vendicat definitio. Quod si ex Poetæ testimonio dicendus fuerit *Fœlix, qui potuit rerum cognoscere causas*: felix quoque est, qui perfectas rerum definitiones nôrit.

Itaq; Definitio hæc est perfecta vel imperfecta. Perfecta definitio est quę constat ex illis causis essentiam constituentibus: quales causæ genere & forma comprehenduntur. Hoc pacto definimus hominem animal rationale. Animalis enim nomine (quod genus est) natura corporata significatur, quæ materies est hominis, & vivendi & sentiendi vis, quæ virtutes duæ sunt animæ: tum additur rationale, extrema quasi consummatio, quæ vis & facultas totam hominis formam comprehendit. Ex hoc genere omnes artium definitiones, singulaque præcepta constant, quæ in omni disciplina videre est, & hic singula referre nimis prolixũ foret. Tales in jure occurrunt definitiones nuptiar. tutelę, testamenti, variorumq; contractuum &c.

CAP. 26.

De Descriptione.

Descr

DEscriptio est quæ rem ex aliis etiam ar-
gumentis definit. Definitio perfecta (ut
leganter distinguit Tempellus) rei naturam
untaxat ex genere & propria forma causis in-
rnis & rem ipsam constituentibus illustrat: at
escriptio declarat rei naturam ex aliis quibus-
unq; externis argumentis, nempe ex effectis,
bjectis, adjunctis, dissentaneis, cōparatis, no-
tione, conjugatis, & divisione quod & Ci-
ro in Topicis & partitionibus animadvertit.
aque quando rei naturam ex genere dunta-
t & forma interpretamur, perfectam defini-
onem instituimus: quando autem eandem
aliis pręterea argumentis explicamus, de-
riptione utimur.

Hujus descriptionis duo sunt genera, unum
evius & verbis paucioribus comprehensum,
terum longius: succincta quædam brevitas
rnitur in hisce exemplis: ut Homo est ani-
al mortale capax disciplinæ, tradit Arist.
op. 5. 1. Hic cum aliqua causa (materia sci-
let & communi forma, quæ sub genere *ani-
al* continentur) miscetur communis circum-
ntia sive adjunctum *mortale*, itemque pro-
ia, capax disciplinæ. Idem in aliis apparet,
ando Ovidius canit,

Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago?

& Horatius: *Ira furor brevis est.*

Hic ut ira furori aſſimilatur, ſic ſomnus e-
tiam deſcribitur à ſimilibus, comparaturque
morti, quia in ſomno tolluntur omnes actio-
nes ſenſuum, ſicut in morte: huc etiam illa
à conjugatis & notatione Ovid. Aprilem me-
morant ab aperto tēpore dictu, & illud Atti-
cus à flammis & quod tegit omnia dictus: Ità
diſſentaneis illud, lucus à non lucendo, quia
pacus umbra parum lucet. Atque hæc ſucci-
cta brevitas non eſt in hac ſpecie perpetua, ſæ-
pè prolixius deſcribendi genus adhibetur,
quandò diſſerentis inſtitutum, & rei ipſius na-
tura, & auditoris ingenium illuſtriorem
& magnificentiorem explicationem deſi-
derat.

Sic fama apud Virgilium pingitur 4. Æneid.

Extemplo Libyæ magnas it fama per urbes,
Fama, malum, quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo.
Parva metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata deorum
Extremam (ut perhibent) Cœo Enceladoq́ue ſorē
Progenuit pedibus celerem, & pernicibus alis.
Monſtrum horrendum, ingens, cui quot ſunt
corpore plumæ,
Tot vigiles oculi ſubter, mirabile dictu,
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.

Deſc-

)escribitur fama, id est, publicus rumor in
ılgus de aliquo sparsus à subjectis, adjunctis,
fectis, & à causis procreantibus & adjunctis,
: denique à comparatis.

Similis est illa ex effectis gloriæ descriptio
›ud Ciceronem pro Milon. sed tamen (aït)
: omnibus præmiis virtutis, si esset habenda
ıtio pręmiorum, amplissimum esse præmium
loriam: hanc unam, quę brevitatem vitæ po-
eritatis memoria consolaretur, quæ efficeret
: absentes adessemus, mortui viveremus: hanc
enique esse, cujus gradibus etiam homines
ı cœlum videantur ascendere: hic Gloria de-
rıbitur ex duobus effectis, & quod bonorum
rorum memoriam efficiat immortalem, &
ıod hos ipsos ducat in cœlũ: sic Gnatho de-
ribitur apud Terentium.

Est genus hominum, qui esse primos se omnium
rerum volunt,
Nec sunt tamen: hos consector, hisce ego non pa-
ro me, ut rideant,
Sed his ultrò arrideo, & eorum ingenia admiror
simul.
Quicquid dicunt, laudo. id rursum si negant, lau-
do id quoque:
Negat quis? nego. ait? aio; postremò imperavi
egomet mihi
Omnia assentari: is quæstus multò est uberrimus

Gnatho

Gnato parasitus describitur præmisso hominum subjecto, circa quod versatur, ex effect, quæ sunt ambitio sis hominibus arridere: eos admirari: & ad eorum vultus, sermone, voluntates se componere.

Ex hoc loco descriptiones plantarum, animalium à Physicis, item fluminum, montium urbium, regionum à Geographis & historic desumuntur, simul demonstrationes personarum rerum & factorum hujus sunt loci, ut: dispositione copiosius admonstratur; interim ex hoc loco unum atque alterum exemplum adducemus: Ex Virgil. ubi Æneas magnific depingitur libr. 1. Æneid.

Restitit Æneas, claraque in luce refulsit,
Os humerosque Deo similis: namque ipsa decora
Cæsariem nato genitrix, lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus, atque ubi flav
Argentum Pariusvè lapis circundatus auro.

Sic ibidem Carthago Urbs Libyę,

Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra, Tyberinaque longa
Ostia, dives opum, studiisque asperrima belli,
Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo: hic illius arma,
Hic currus fuit.

Item Italia describitur:

Es.

Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ:
OEnotrii coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem

Item Timavus. eod. libr.

Et fontem superare Timavi,
Unde per ora novem vasto cum murmure montis
It mare preruptum, & pelago premit arva sonanti.

Hæc & similia Poëtę & Oratores magnificentius exprimunt, quàm Philosophi, JCti, & Medici, qui in docendo subtilitatem brevitatemque consectantur: at illi oratores & poëtæ res fusius & splendidius efferunt & illustrant ex omnibus generibus argumentorum, causis, factis, subjectis, adjunctis, dissentaneis, comparatis, notatione, conjugatis, & divisione.

Proinde nec hic prętereundum est, reciprocationem probationis hic eandem esse, quę in superioribus fuit argumentis: ut enim ex definitione sæpè res definita disputatur, sic contra ex definita re definitio aliquando concludetur. Nam ex reciprocatione ea definitionis eique definitæ resultat identitas, ut definitio sæpè pro re definita adhibeatur, & definitum pro definitione, indè illa Philosophorum proluxit regula, qua cautum est, ut definitio nec latior nec angustior esse debeat suo definito: quia ubi reciprocatio est, ibi requiritur æqua-

litas & ubi ęqualitas locum habet, ibi nulli defectui aut redundantiæ locus esse potest. Itaque in definitione & re definita mutua & reciproca inest probatio, ut exempli gratia, Animal rationale est aptum ad disciplinam, homo igitur aptus est ad disciplinam: & contrà, Homo est aptus ad disciplinam, animal igitur rationale est aptum ad disciplinam. Sic Definitio & definitum ex genere & forma, item è propriis adjunctis desumpta, mutua relationis reciprocantur, & æqualitate sui sese invicem arguunt.

CAP. 27.

De testimonio sive argumento Inartificiali, & quidem in genere communi.

EXpositis argumentis artificialibus sivè insitis, sequitur argumentum inartificiale quod extrinsecus assumitur: hoc enim modo distribuitur argumentum à Cicerone in Topicis, & ab Aristotele cap. 8. Rhetoricor. ad Alexandrum. Argumentum hoc inartificiale est, quod non sua natura, sed assumpta artificialis alicujus argumenti vi arguit, inde dicitur assu-

ur assumptum, quia assumpta vi arguit. Habent artificialia argumetua facultatē arguendī n se ipsis sitam: at argumentum inartificiale non habet innatam rei arguendæ vim, sed eandem à causis, ab effectis, ab adjunctis, & cæteris artificialibus mutuatur & assumit. nullam gitur fidem habemus inartificiali argumento, nisi secum vim adferat artificialem. Hinc Cicero 1. de natur. Non tam autores (inquit) n disputando, quā rationū momenta quęrenda sunt. & 2. de divinat. hoc ego Philosophi sse non arbitror testib. uti, qui aut casu veri, ut malitia falsi fictique esse possunt. argumenis & rationibus oportet, quare quidque ita sit, ocere: quia, ut Aristot. de interpret. 1.8. neq; ropter affirmationem res sunt, neque propter egationem non sunt. Quin etiam Plato in Gorgia, isthæc (ait) probandi ratio (scilicet uæ testimoniis nititur) nullius est momenti d veritatem, aliquoties enim à multis, iisque ui sibi aliquid videntur, falso aliquis potest teimonio convinci. Vnde Aristot. 1. Ethicor. . jubet omnib. auctoritatib. antiquiorem haendam esse veritatem. Et Seneca Epist. lib.4. 3. auctores non dominos esse vult, sed duces. d ipsum JCti in legib. suis inculcant, ut judex 1 fide testium animi sui motum confirmet ex rgumentis & testimoniis, quæ rei apitora &

vero proximiora esse compererit, & credendum potius esse, quod naturæ negotii magis convenit l. 21. §. 3. ff. de testib. porrò præcipitur, ut judex animadvertat, an unum eundemque meditatum sermonem testes artulerint, annè etiam ad interrogata verisimilia responderint l. 3. §. 1. de testib. Ita tamen, u solæ testationi prolatæ non habiturus sit fidem, nisi aliis legitimis adminiculis approbata si causa l. 4. C. de testib. Imo si contraria fuerin testimonia, conceditur judici veraciores amplectendi adversitates licentia Novella 90. c. 3. Hinc rescriptum fuit à judice perquirendū esse, ubi ipsum ęquitas moverit l. 21. de interrogat. in jur. faciend. Imo plena inquisitione oportet eum rei qualitatem discutere, & tunc utramq; partem sępius interrogare, num quid novi adferre velit l. 9. C. de judic. usque ad tertiam productionē auth. Atqui C. de probationib. ut infra latius in loco de testib. dissertabimus. Inde enatum disertiss. Rami hoc loco axioma: Itaque (aït) cum exquisita rerum veritas subtilius exquiritur, perexiguam vim probationis habet testimonium: loquitu enim de humano non de divino testimonio, quod plenissimam fidem meretur & omni exceptione majus est, ut mox suo loco dicemus sed addit ibidem Ramus & nervosè, distingui

in al

in allegato axiomate: in civilibus autem (ait) & humanis rebus (ubi de facto controversia emergit) plerunque hoc argumentum nempè inartificiale præcipuam fidem è moribus arguentis efficit, si prudentia, virtus, & benevolentia adfuerint. Innuit enim, quod testimonium robur suum & vires accipiat à moribus testantis juxta illud Menandri apud Plutarchum, mores dicentis, non sermones persuadent. Itaque pręter veritatem insitam, quam ex argumentis artificialib. mutuamur, hic præcipua arguendi vis erit testantis auctoritas, à qua omnis testimonii fides dependet.

Hæc auctoritas variis in argumentis consistit, sed in persona, in effectis & adjunctis testantis præcipue cernitur: uti sunt mores, ingenium, opes, ætas, fortuna, ars, usus, necessitas, concursio etiam interdum rerum fortuitarum, &c. Itaque prout testantis authoritas major aut minor fuerit, ita testimonium gravioris momenti aut levioris erit. Nam dignitas & consentiens fama sæpè confirmat rei, de qua controvertitur, fidem l. 3. §. 2. de testib. Unde judicis erit diligenter animadvertere, cujus conditionis sint homines an integræ frontis l. 13. de tęstib. an honestę an inculpatę vitę l. 3. in princ. ff. eod tit. qua de re usius in loco de testib. disseruri sumus. Itaque

ut artificiali argumento propter insitam vi
per se credimus, ità inartificiali per se fide
non habemus, nisi dicentis authoritas acceda
Atqui hoc est, quod Cicero tradit, nempè a
gumenta, quæ foris assumuntur, non sua vi, s
extranea sublevari.

Hoc inartificale argumentum uno nom
ne testimonium appellatur, quod ut Cicero i
Topicis tradit ab aliqua externa re, scilicet di
centis aut testantis authoritate sumitur ad fa
ciendam vi alicujus argumenti artificalis fi
dem in re subjecta. Estque testis alicujus de r
aliqua contestatio, sivè testantis affirmatio qu
dam vel negatio. Testimonium enim non mo
do affirmativum, sed etiam negativum est. I
artium Theoremata evincũt prȩstantium viro
rum exemplis & usu, tum etiam rerum subje
ctarũ affectiones in consensu & dissensu testan
tur. Et male hic Peripatici Ramum Ramæos
que interpretes arguunt, quasi testimonium
negativum in hoc topico aliisque argumento
rum locis non tradiderint. Tradunt clarè cap
2. de partibus Dialecticæ ubi disputant inven
tionis argumenta versari circa Ens & non Ens
testimonium est argumentum, ergo versatu
circa ens & non ens. Nam, ut Dounamus fi
delissimus Rami interpres benè hoc loco ob-
servat, testimonium (inquit) ratione habita ad
ren

em testatam (cujus solius respectu testimonium dicitur) omnium omnino rerum est: nihil nim est, sivè verè existat, sivè fingatur, de quo non aliquid est aut esse potest testimonium, & nihil etiam est, de quo nec aliquid affirmari, neque negari potest pro rerum argumentiũ affectione & natura consentiente vel dissentiente. Talęus optimus Rameæ logices explanator expressis verbis hoc loco testimonia nominat, quæ Deus homovè negaverit aut affirmaverit. Probat exemplis illustribus hoc solum Talæus in prælectionibus suis, ubi docet ex totius quęstionis affirmatione vel negatione ad eam probandam vel improbandam argumenta assumi: ut si quis (ait) probare velit diligendum esse proximum, probat id divinis & humanis legibus, quę præcipiunt, ut quisque proximum suum diligeret: Item si quis (ait) probare velit non esse furandum, citat leges, quæ prohibent, ne quis furetur. Ipse etiam Ramus sub definitione argumenti inartificialis testimonium negativum complexus st tacitè, dum id definit, quod non sua natura, sed assumpta artificialis argumenti alicujus vi arguit. Jam autem artificialia hęc argumenta, quorum vi testimonium extrinsecus assumptum arguit, non modo sunt causæ effecta, subjecta, adjuncta, comparata, aliaque ex iis

orta, ſed ſunt etiam diverſa, diſparata, adve-ſa, & contradicentia, è quibus æquè teſ-monium caſu diſſenſionis & negationis vi arguendi artificialem & inſitam mutuatur : aſſumit. Quid multis? Ramus exempli, quibus illuſtrat teſtimonium humanu. commune cap. 33. in invent. probat non mo-dò affirmativum, ſed etiam negativum, ſi-diſſentaneum dari teſtimonium, qualia ſunt Cic. pro Milone ibidem deprompta, eſt eni judices non ſcripta ſed nata lex; quam non e-dicimus, accepimus, legimus, verum ex ip natura arripuimus, hauſimus, expreſſimus: a quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſe imbuti ſumus. Itẽ in confeſſione extorta & i-lud poſteà: Clodius inſidias fecit Miloni? feci certa crux. Nullas fecit: ſperàta libertas: ite negatio vel diſſenſio apparet in carmine Tu bulli, quo Ramus divinum teſtimonium illu ſtrat, in verbis; deſine velle virum ſcilicet a lium.

Quod ſi vera canunt ſacris oracula templis,
Hæc illi noſtro nomine dicta refer:
Hoc tibi conjugium promittit Delius ipſe
Felix: ac alium deſine velle virum.

Quę ſanè exempla à Ramo ad loci hujus il-luſtrationem citata non tantùm affirmatio-nem, ſed & manifeſtam quoque negationẽ ve diſſen-

dissensionem in testando referunt. Itaque cavillantur hic peripatetici, & in omissa testimonii negativi traditione Ramum, Ramæosque interprites malè & falsò arguunt, imo potius suammet argumenti artificialis & inartificialis inscitiam hac cavillatione miserè produnt.

Præmissa hoc modo & tradita generaliter argumenti inartificialis sive testimonii genuina vi atque affectione, sequitur ejus distributio, qua rectè testimoninm aliud dicitur esse divinum aliud humanum. Est hæc distributio testimonii in species suas efficientibus causis distinctas, quam Cicero in partitionibus amplexus est.

Divinum testimonium.

Divinum testimonium est, quod Deum authorem habet. Hæc divina testimonia sunt vera oracula, sacrisque literis continentur & fidem plenissimam merentur, omnique artificiali argumento certiora, omni exceptione majora sunt. Iisque idcirco summa fides tribuitur, quod à Deo prolata sint, qui est ipsa veritas; Cujusmodi sunt leges à Deo Hebræis latæ, & Euangelium Christi: vel quod ab Angelis, aliisve naturis divino instinctu afflatis fundentur, vel quod ab hominibus proferantur cœlesti numine præditis ut Prophetis, Sa-

cerdotibus, Apostolis, per quos Dei Spiritu locutus est. Ethnici divina hæc testimonia divinationem vocitarunt, quæ duplex olim fuit. Una artificiosa in conjecturis ominum & sortium, in observationibus fulgurum, ostentorum & extorum: altera naturalis in furore mentis & divina per somnium provisione. Hinc prophani authores inter divina testimonia numerant non solum Deorum Oracula, cœlestes observationes, sed etiam responsa vatum, fatidicorum & aruspicum auguria, quæ omnia 3. Catilin. adhibentur. Nam ut illa omittam (ait Orator.) visas nocturno tempore ab occidente faces, ardoremque cœli, ut fulminum jactus, ut terræ motus, cæteraque, quæ ita multa nobis Consulibus facta sunt, ut hæc, quæ nunc fiunt, canere Dii immortales viderentur. Deinde paulò post, quo quidem tempore, cum Aruspices ex tota Hetruria convenissent, cædes atque incendia, & legum interitum, & bellum civile ac domesticum, & totius urbis ac imperii occasum appropinquare dixerunt, nisi Dii immortales omni ratione placati, suo numine propè fata illa flexissent, &c. Sic Orator ostendit Catilinariam conjurationem divinis testimoniis & indiciis, nempè ostentis cœlestibus, & aruspicum responsis esse detectam. Brevius est illud Tibullli 3. eleg. 4.

Quod

Quod si vera canunt sacris oracula templis,
Hæc illi nostro nomine dicta refer:
Hoc tibi conjugium promittit Delius ipse
Felix; ac alium desine velle virum.

Tibullo visus in somniis Apollo Delius prę-
ipit, ut suo nomine Neæram alloquatur, ei-
ue, Apollinis auctoritate & testimonio fretus,
lix cum ipso conjugium speret, polliceatur-
ue.

Testimonium humanum.

Testimonium humanum est, quod hominē
ıthorem habet. Et rectè distribuitur in com-
une & proprium: hæc distinctio petita est è
bus subjectis & è causa efficiente: à subjecto
ommune aliquid dicitur, quod pluribus reb.
pplicari & accommodari potest: à causa effi-
ente aliquid commune vel publicum appel-
tur, quod plures habet vel auctores, à quib.
ritur, vel fautores à quibus usurpatur. Ità &
roprium vel privatū ratione subjecti est, quod
e re aliqua singulari certa & propria testa-
ır, à causa autem efficiente proprium nomi-
atur, quod unum aliquem auctorem habet,
uod exemplis in singulis speciebus admon-
raturi sumus.

Cōmune testimoniū est illustris sentētia, fa-
a vulgi, experiētia, sive sensus cōmunis, & jus
scriptum

ſcriptum ſententiam hanc illuſtrem Vetere, auctore Quintiliano libr. 8. 5. vocaverunt, quod ita animo ſenſiſſent, Rhetoricis dicitur oratio, quę ad mores & communem hominum vitam pertineat, oſtenditque, quid aut fiat in ea plerumque aut fieri oporteat, ſunt proverbia, & ſapientũ dicta; & adagia ſive apophtegmata vocantur; Cujus generis ſunt, pares cum parib. facile congregantur, Spartam nactus es, hanc exorna. Noſce te ipſum: Feras, non culpes quod vitari non poteſt: Expers malorum vita nulli contigit: furor fit læſa ſæpius patientia: Nimium altercando veritas amititur, & id genus alia. Atque hęc teſtimonia etiamſi ſingula authores ſuos habeant, tamen dum in omnium ore ſunt inter communia, quæ publicam in iis fidem admonſtrant, reputantur: ſic Fabius Quintilianus libr. 5. c. 11. Ea quæ vulgò recepta ſunt, omnium communia eſſe ac fieri probat, qualia ſunt quæ allegavimus, ut & illud, ubi amici, ibi opes: & optimum id augurium eſt, patrium tutarier armis: neque enim duraſſent hęc in æternum niſi vera omnibus viderentur.

Fama vulgi et rumor ſecũda communis teſtimonii ſpecies civitatis conſenſu & publico veluti teſtimonio confirmatur. Hæc vulgi fama quamvis plenam rebus controverſis probatio-

nen

em fidemque interdum non faciat, tamen
multorum confirmata testimoniis, ac consen-
iens rei, de qua quęritur, fidem propè con-
rmat,& justam sępè credendi causam prębet,
ti rescriptum est l. propietatis C. de proba-
onib. & ut Bartolus resp. ad l. 3. §. ejusdem
e testib. l. admonendi De jurejur. & l. ult.
e hęred. instituend. Cicero in Topic. &
ab. Quintilian. famam quoddam multitudi-
is testimonium publicum & consensum civi-
atis appellant. JCti notorium uno nomine
ocant, quod manifestum & in ore est omni
opulo. Hinc notorium definiunt probatio-
em indubitatam & finitam nulla discussione
gentem. Notorium dicunt vocem vel totius
el majoris populi partis è rei evidentia per-
nanantem, sive de quo civis, vel major & sa-
ior pars non dubitant, nec, si adversarius infi-
ias ierit. Notorium Antonius de Butrio in
ractatu de notorio probat, quod decem testi-
bus præsentibus actum fuit. Notorium est, si
Sempronius focariam vel concubinã publicè
habeat, vel adulteram in suis ædibus retineat
l. si vicinis C. de nupt. vel si Titius hominem
publicè interfecerit, vel furtum aut sacrile-
gium commiserit. Item notorium est, si quis
in domo educatus à parentibus filius vocatus
& pro tali sit habitus: tunc à vicinis pręsumi-
tur

tur filius legitimus, nec ſtatum illius in du-
bium revocari oportet l. filium De his qui ſu
ſui v. alien. & d. l. ſi vicinis. Hoc notorium ſ-
ve famam vulgi laudant alii ex publico conſe
ſu & teſtimonio, cum vocem populi voce
Dei eſſe dicunt: alii refutant, dum ſermone
eſſe aſſerunt ſine ullo certo auctore diſperſun
cui malitia initium dederit, incrementu
credulitas, uti Fab. Quintilianus tradit libr.
cap. 3. Hoc eſt, quod Imperator inculcat t
de his qui infam. not. Vanas populi voce
non eſſe exaudiendas. Ità famę auctoritate
minuit poëta, cum in ejus deſcriptione dicit
quod vires acquirat eundo: quodque ſit

Tam ficti pravique tenax, quàm una veri.

Hoc enim modo ſæpè rumores refelluntu
vana hominum credulitate, falſaque opinion
nec ulla ſuſpicione munita, quę ferè ſempe
humanę mentis imbecillitatē in errorem to
quet atque flectit.

Tertia ſpecies communis teſtimonii eſt, cun
allegatur communis experientia & ſenſus com
munis, ut cum dicimus: omnes norunt niven
eſſe albã, omnes fatentur eſſe Deum. Pertinen
quoque ad famam & experientiam uſus, con-
ſuetudo, diuturni mores. Quarta communi
teſtimonii ſpecies eſt jus ſcriptum, collectun
ex naturalib. præceptis, gentium & civilibus
juriſqu

urisque scripti partes, de quibus vid. t.t. ff. de
ustitia & jur. & tit. De origine juris, ut & t.t.
nstitit. de jur. nat. gent. & civil.

CAP. 28.

De Testimonio Proprio.

PRoprium testimonium est, uti diximus, quod à privato auctore proficiscitur ut à ausa efficiente, vel quod de re aliqua singulai & certa testatur subjecta. Estque vel mortorum veterumque, qui de antiquis rebus, vel ivorum & præsentium, qui de facto vel quatate ejus testari solent. Inter exempla veteum sunt illa philosophorum, poëtarum & oatorum testimonia privata: Ut Platonis illud Cicerone ad Quintium fratrem. Atq; (ait) le quidem princeps ingenii & doctrinę Plato um denique fore beatas Respublicas putavit, aut docti & sapientes homines eas regere œpissent, aut qui regerent, omne suum stuium in doctrina ac sapientia collocassent. Tas est 6. Æneados contestatio illius apud infeos, qui

ipse miserrimus omnes
Admonet: & magna testatur voce per umbras,
Discite justitiam moniti, & non temnere divos.

Hujus-

Hujusmodi poetarum versus non solùm a authoribus, sed etiam à Philosophis freque-tes usurpantur: qui quanquàm pręceptis sis credunt, authoritatē tamen à versibus non f-stidiunt: sic Plato sæpè citat versus Homer, Simonidis, Hesiodi, & aliorum veterum po-tarum: & Cicero in libris philosophicis poët-rum testimoniis mirum in modum delectats est: & orationib. interdùm versus Ennii & ali-rum inserit. Ita JCti Aristotelis, Hippocrat, Ciceronis, Homeri, Virgilii authoritatib. i decisionib. causar. utuntur in l. Cicero de pe-nis, l. 1. §. 1. De contrah. empt. & tit. In. de donat. Paulus JC. ex authoritate docti. viri Hippocratis respondet septimo mense na-ci perfectum partum l. 7. de stat. hominum Imò & rusticor. artificum, & senum autho-tati & testimonio standum esset docent JCti. si chorus de leg. 2. præterea ab authoritate majorum argumentum ducit Imper. Gordi-nus in l. ad exhibendum C. ad exhib. e l. 2. in princ. de judic. Alia diximus esse tes-monia mortuorum, veterumque, qui de a-tiquis rebus; alia vivor. & pręsentiũ esse, qui e facto & qualitate ejus testari solent. Hęc ea c-mum testimonia sunt, quæ non tantùm è bo is clarisque authoribus vivis depromuntur, si &eque in rebus civilibus & forensib. pręcipua fidem

dem obtinent: ſcilicet quæ in judiciis tum
riminalibus, ubi de cęde vel crimine; tùm
ivilibus, ubi de fundo aut ejuſmodi aliquo
egotio quęritur, proferri ſolent, & quę vel
oce efferuntur, vel ſcripto continentur. Nam
ve de facto vel jure quęratur, ſivè de perſona-
im ſtatu, ſivè de rerum vindicatione, ſive de
ereditatibus, contractibus, maleficiis ſit quid
gendum, quid conſtituendum; ſivè proceſſus
tium in judiciis exerceatur, cuncta muniri,
eclarari oportet ſalutari probationis prę ſidio,
ię à Doct. vocatur legitima rei controverſæ
er argumenta judici facta oſtenſio: Unde
ervus juris, ſivè anima litis rectiſſime appel-
tur.

Diſtributio Teſtimonii proprii.

Hujus teſtimonii proprii, quod vivis & prę-
ntibus procedit, ſpecies ſunt varię, *Præſum-
tio, Teſtiū reſponſa, Tabulæ ſive Inſtrumenta, inter
quæ pacta ſive obligationes, & pignora numerantur,
Confeſſio, Tormenta, Iuſiurandū, & Authoritas
judicatæ.* Proficiſcitur quidem hoc teſtimo-
nium proprium à vivis & pręſentibus: interim
reſponſis prudentum, & conſtitutioni-
bus Imperatorum confirmatur, uti in ſin-
gulis infràſpeciebus admonſtrabimus, &

rei certæ applicatur, undè & proprium dicitur.

Cap. 29.

De Præſumptionibus.

PRęſumptio, prima teſtimonii proprii ſpecies, dicitur probatio internis rerum argumentis fidem faciens ex illo ſcilicet, quod plerunque fit aut fieri ſolet, unde opinio nominatur arg. l. 28. de probationibus: Tacito pręſumpta opinio & conjectura à Doct. ſivè divinati in rebus dubiis collecta ex argumentis vel indiciis per rerum circumſtantias frequenter evenientibus. Et quamvis hæc pręſumptio generaliter & leviter intellecta non ſemper dicatur vera probatio l. 1. C. de fid. inſtrum. tamen onus probandi in alium transfert l. ult. i princ. ff. quod metus cauſa, & l. omnimod C. de inoff. teſt. & l. ſive poſſidetis C. d probation. Imò tamdiu ſtatur præſumptioni donec aliud probatum fuerit d. l. ult. ff. quo met cauſa Et ſi præſumptio alia alia fuerit validior, vincet debiliorem arg. Nov. 90. cap. 3 in fin. & l. 3. §. 2. de teſtibus. Huic pręſumptioni fidem faciunt ſigna, & circumſtantia

cuju

cujus generis sunt, cædem ab eo factam, cujus vestis sit cruenta: & quia pauper sumptuose vivit, furto eum & rapinis obstringi præsumitur. hinc signa affectati regni, popularis illa frumenti largitio Spurii Melii: innocentiæ atque pudicitię lucubrationes nocturnę Lucretiæ apud Livium: & Antiphilę apud Terentium. Inde non solum in civilibus actionibus sed etiam in Medicina atque Mathematicis disciplinis, & præcipuè in Physiognomia magnam existimandi materiam signa prębent: sic habent sua indicia nasus ac supercilia; & signis adulterii quoque suspicio augetur l. si hi qui C. de adulr.

Hæc signa per se considerata sine ullo authore, & teste Rodolph. Agricola rectè ad locum adjunctor. sive contingentium refert. Sed quatenus signa robur suum & vires accipiunt à moribus & authoritate testantis, & simul innatam & insitam arguendi vim aliis indiciis & artificialibus argumentis assumunt & mutuantur, recte ad testimonii proprii speciem hęc præsumptio refertur. Eatenus enim, quatenus pręsumptiones authoritate legum, Impp. & prudentum vallatæ sunt, hoc loco traditui sumus. Hoc modo ex signis collegit probatque Pyrrhus Epirotarum rex invictam pop. Romani esse fortitudinem, quod prælio

collisi, gravibusque belli offensionibus afflic
& profligati, omnia vulnera adverso pector
accepissent: quod hostibus suis plerique im
mortui, quod omniũ in manibus cruenti er
ses, & relictæ in vultibus minæ, & veluti ex
ardescens in ipsa morte ira atq; ferocitas con
spicerentur. Hoc modo JCti experientia fret
& authoritate clari ex argumentis & indici
evidentiam facti ostendunt, probantque præ
sumptiones validissimas.

Hæc presumptio alia est violenta, alia mi
nus violenta: violentam vocant JC. sive Doct
juris & de jure præsumptionem, juris, qui
à lege introducitur, de jure, quia super tal
presumptione lex inducit firmum jus; & pr
veritate accipitur: appellantur violentę, qui
indiciis & argumentis necessariis perfectam
& inconcussam suis numeris probationem
continent. Hę præsumptiones ex dictamine
& instinctu naturæ indubitato educuntur ut
Doct. tradunt in c. adferte mihi gladium extr
de præsumptionibus, ejusmodi præsumptio
hęc est, qua ductus Rex Salomon sapientissi-
mus judicium suum per orbem universum ce-
lebratum tulit, litem inter duas matres diri-
mens, quæ talis erat. Duæ matres cum juxta
infantes suos obdormirent, una infantem ex-
tinxit, & extinctum in locum alterius viventi

suppo-

uppo suit; mater à somno excitata affirmat superstitem infantem suum esse, altera negat, sed suum vendicat. cum hęc contentio suborta esset coram sapientissimo rege Salomone, jussit Rex, cum aliundè probatio non posset colligi, infantem dividi in duas partes, & unicuique matri partem adjudicavit. Vera mater, cum horrendũ hoc spectaculũ pertimesceret, summis precibus cum rege contendit, ut non divideretur infans, sed potius alteri vivus traderetur. Instat alia, ut fiat partitio, nec mihi, inquit, nec tibi, sed dividatur, ut Rex constituit. Tum Salomon judicavit eam esse solã matrem, quæ naturæ instinctu commota, & singulari & materno amore, quem græci storgem appellant, noluit filium dividi 3. Reg. 3. c. & d. c. adferte mihi glad. Extra de præsumpt. Hoc judicium in sola præsumptione violenta, quam juris & de jure vocant, versatur, nam lex naturæ ejusque dictamen, quod nobis insitum est, nequidẽ avelli potest Cic. 2. de leg. Hoc naturæ dictamen non patitur matrem esse immemorem proprii sanguinis, cum nullus amor vincat maternum in l. isti quidem in fin. ff. quod met. causa, & l. liberi C. de inoffi. testam. Hæc præsumptio è penetralibus naturæ profecta est, adversus quam non admittitur alia probatio. Etenim si ea mulier quæ volebat

infantem dividi, regi dixisset: testibus probab hunc infantem meum esse, hanc rex non adm sisset, cum in ea nullum naturę lumen appare ret; at jura sanguinis tolli non possunt l. jur sanguine de R. I. & §. sed & naturalia Inst. d jur nat. gent. & civil. Talis etiam præsumpti violenta elicitur ex Imp. Novell. constitut. 3 ubi suborta est quæstio, an mulier, quæ filiu undecimo mense à morte mariti computand genuit, defuncto peperisse videatur, decid Imp. mulierem, quæ edit partum undecim mense post mariti mortem, præsumi ex ali concepisse, nisi fortè sub initium ii. mensis na catur infans: nam ultra id tempus d. Nov. 3 partus non extenditur, quod experientia & ju re naturæ comprobatum est.

Ad hanc prę sumptionem & illa à Doct. re feruntur, quod nemo præsumatur suum jacta re vel indebitum solvere l. si verò non remu nerandi §. si adolescens de mandat. l. cum in debito §. sin vero de probation. Et quod nem audiatur suam allegans turpitudinem c. solli citudinem extr. de appellat. huc lex 7. C. d contrah. & commit. stipulat. in qua quis ab sens ab urbe excusatur, & dicitur negotio ibi dem gesto non interfuisse, quia remoto sub jecto removetur adjunctum: constans enim e ea enuntiatio vel argumentatio, quo subjec

remove

removet, ut removeantur adjuncta: unde JCtis non entis nulla ſunt accidentia; ſic Cic. apud Attic. arguit mortuos miſeros non eſſe, cum nulli ſint, neque alicubi exiſtant: ſic Pythagoræ auditor Numa eſſe non potuit, dum tempore Numæ natus non eſſet. Item Cicero dicitur Cæſarem manu ſua non interfeciſſe, dum Romę non eſſet: inde etiam efficaciſſ. illa juris & de jure pręſumptio ex d. l. 7. optimam C. de contrah. & committ. ſtipular.

Itaque hęc præſumptio violenta dicitur, item juris & de jure, quando lex, ut loquuntur Dd. præſumit ſuper certo, cujus tanta vis eſt, ut adverſus eam non admittatur probatio alia l. antiquæ C. ad SC. Vell. l. ult. C. Attil. tutor. l. à Divo pro §. ſi pignora de re judic l. 1. C. ad SC. Macedon. Speculator in § 1. tit. de præſumptionib. Porrò ſunt aliæ, ut diximus, pręſumptiones minus violentę, quas Doct. vocant præſumptiones juris tantum, qualia ſunt iſthęc: Si in utero matris maſculus & fœmina eodem impetu gignantur, in dubio maſculus prior natus præſumitur l. ſi fuerit §. ult. de reb. dub. quia maſculus præſumitur fortior fœmina d. l. Item ſi eodem momento mater & infans naufragio pereant; pręſumptio juris eſt, infantem prius aquis obrutum fuiſſe ob teneræ ętatis imbecillitatem l. ſi mulier de reb.

dub. & l. inter socerum De pact. dotalib. Tale est illud: Princeps non præsumitur velle jure communi recedere, nam etiamsi legibus solutus sit, tamen legib. vivit l. princeps De legib. l. digna vox. C. eod. tit. undè in generali concessione princeps nunquàm presumitur jus tertii auferre: quapropter in omni diplomate regio intelligitur clausula, salvo jure alterius Bald. in l. momenta C. de legib. & textu in leg. 2. §. merito, & §. si quis à ff. ne quid in loc. publ. Nam rescripta principum, in quibus jus tertii tollitur, non carent falsi suspicione cum hæc clausula sit inaudita. Imò clausula contraria huic inseri solet scil. salvo jure tertii Doct. in c. 2. Etr. de rescript. Curtius senior consil. 71. columnn. antepenult. Quicquid enim fit contra antiquam & consuetam formam, falsi est suspectum, Iason in l. 1. §. 1. v. adde fortius ff. si quis jus dicenti non obtemp.

Huc, scilicet, ad præsumptiones minus violentas pertinent qualitates omnes communes & propriæ, quæ sunt rerum adjuncta testimoniis, authoritate & legibus probata, confirmataque. Communes hæ qualitates, à natura, sexu, etate, patria, moribus, loco &c. petuntur.

A natura quilibet præsumitur sanus non ægrotus, virgo presumitur incorrupta, item ad ad generandum habilis & idonea Menoch. 6.

præsumpt.

præſumpt. 90. Item quilibet preſumitur ſibi
uiſque benè conſulere l. 9. de probat. ſe ſuoſ-
ue amare Menoch. 6. præſumpt. 56. cum ſeq.
x hoc Principio Rex Salomon pronuntiavit
jus mulieris filium eſſe, quæ infantem in par-
s ſecari nolebat.

A ſexu deducitur preſumptio: puta quod
emina preſumatur avara, juris ignara, l. 9. in
r. de jur. & fact. ignor. timida & meticuloſa
). ad l. 1. de quæſt. mutabilis & inconſtans
lenoch. 6. præſumpt. 37. n. 42. blanditiis ob-
oxia: hinc SCti Vellejan. privilegio ſingula-
Vellata mulier.

Ab Ætate adtribuitur minoribus negotior.
nperitia tt. ff. de minoribus, adoleſcentibus
dor cupiditatū Cic. pro M. Cœlio, quas na-
tra profundit: hinc SC. Macedoniano & be-
eficio reſtitutionis in integrum iis ſuccurri-
ır. Senibus verò ægritudo & infirmitas ad-
tibuitur, ſic Tac. in annal. curuata ſenio
nembra. Sed prudens rerum experientia; ut
iv. de Annib. Senem in patriam reverten-
em tùm proſperæ tùm adverſæ res ità erudie-
unt.

A Patria quiſque præſumitur patriæ optu-
na quæque cupere, Menoch. 5. preſumpt. 12.
uo etiam referri debet, quod Patriis moribus
uilibet præditus eſſe putetur l. 31. §. 21. de e-

dil. edict. quo sensu Apostolus Paulus Cretenses vocabat mendaces.

A moribus quilibet præsumitur bonus, donec probetur malus: unde si quis dicat se indebitas solvisse, præsumptio est, quod non fecerit, cum vix ita resupinus sit quispiam, ut pecunias suas jactet & indebitas effundat l. 25. in pr. de probat. Inde constitutum est, ut quisque adversus usum communem veniens intentionem suam probare teneatur d. l. 25.

Proinde in delictis morum ratio plurimùm valet, an delatus sit iis moribus, qui ab insimulato delicto non abhorrere videatur, & num simile quid antè ejusmodi facinus commiserit, attentarit, aut admisisse convictus fuerit Con. crim. Car. V. Imp. cap. 25. §. 1. proinde attendendum, odionè prosecutus sit læsum, vel inimicitias gesserit d. c. §. 5. num etiam admisso crimine calentem tremulamque manum habuerit, annè & corpore ipso, vestibus, armis, equo, equique colore indicia præferat d. c. §. vel fuga consciam mentem ostenderit d. c. ult.

A loco etiam indicium criminis præsumitur, ut si delatus suspecto in loco sit, & ad delinquendum apto visus deprehensusvè fuerit d. cap. 25. §. 2. huic præsumptioni tamdiù statur, donec aliud evidenter probatum fuerit

fin.

n. ff. quod metus causa. Interim si presumptio ia alià fuerit validior, vincet debiliorem arg. Nov. 90. cap. 3. in fin. & l. 3. §. 2. de teibus.

Propriæ hoc loco, ubi de causa agitur in juiciis, dicuntur qualitates, quæ hominibus naura insunt, ideoque præsumuntur adesse, ut . g. proprium est parentum summo amore fiios prosequi, adeò ut nullus amor vincat paernum juxta illud Æneidos, *Omnis in Ascaio charistat cura parentis*. Unde si pater conraxerit, vel quid aliud egerit, ut filium ex periculo vel manu grassatorum aut inimicorum edimeret, metu legitimo & justo compulsus præsumitur tt. ff. quod metus causa.

Item parentes presumuntur in ea voluntate discessisse, ut eor. hereditas ad liberos transmitteretur l. cum ratio de bon. damnator. Et cum de ætate filiorum agitur, standum est libro patris l. etiam de probationibus Salicetus in l. si minorem C. de in integr. restit.

Deinde pater & filius censentur una & eadem persona fictione juris l. ult. C. de impuber. substitut. Item non presumitur pater velle filium suum circumscribere, ideo non datur filio actio doli adversus patrem l. si superstite C. de dol. sic pater si filium verberaverit, filiusque conqueratur se à patre virgis vel fustibus

bus cæsum, præsumitur verberatus, ut resi- scat, & ad bonam frugem redeat, modò nei- mia appareat ſęvitia, quæ culpæ adſcribitur l. 1. C. de emendat. propinquor. l. ſed etſi. ult. & l. ſeq. ff. ad l. Aquil.

Conſimiliter ſi maritus uxorem verbera- rit, ex affectu illo jugali & indubitato præſu- mitur corrigendi gratia percuſſiſſe, modò levis ſit caſtigatio quæ dd. ll. permittit. Eod. modo ſemper pro judice & magiſtra præſumitur l. quod Reipub. ff. de injuriis.

Ità privilegiatus pręſumitur potius uti vel privilegio, quàm jure communi l. 3. De te- ſtam. milit. & arg. l. ſi quando De legat. 1.

Hactenus diximus de pręſumptionib. quę in cauſis civilibus verſantur: nunc de conjecturi quæ circà cauſas criminales ſivè capitales in ſtituuntur, diſſeremus: quia proprium teſti moniū ratione ſubjecti tàm de criminali, quàm de civili cauſa proferri ſolet.

Præſumptiones criminales ſivè capitales adhunc locum rectè referuntur.

Prima igitur ex hoc loco erit præſumptio hæc: qui gladium ſtrinxit, præſumitur habuiſ- ſe animum occidendi l. 1. §. divus ff. ad leg Cornel. de ſicar. & l. 1. C. Eod. niſi contra- rium probetur. Falſi reus præſumitur, qui in

judicio

dicio scripturam falsam deducit, vel ea uti-
ur l. pen. C. de probationib.

In ambiguis præsumitur quis percussisse, ut ipsum potius tueretur, quàm ut alium offen-
eret l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad leg. quil. & ibid. Gloss. & verberatus præsumi-
r in dubio aggressor. Albericus in l.1. C.vn-
: vi, Guid. Pap. in tit. de præsumptionibus.

Item si quis domũ ingrediatur cum ense, & amor in domo audiatur: posteâ si is domum
grediatur ensẽ gerens sanguinolentũ & eodẽ
stanti mulier vel maritus læsus inveniatur:
onnulli judicant hunc hominem non præsumi
ulnus intulisse, cũ non fuerit in vulnere visus
l. testium & l. neque naturales C. de testibus
d contrarium verissimũ esse judicarũt Nico-
us Materelli, Baldus & Salicetus in l. sciant
. de probationib. sed si ex duobus se invicem
ulnerantib. ignoretur, quis aggressor fuerit, u-
rq; absolvendus est ob incertitudinẽ l. scien-
i §. cũ stramenta ff. ad leg. Aquil. ast Baldus
versatur gloss. in l. 1. C. unde vi, Bartolus
l. si quis in rixa ff. ad leg. Cornel. de sicar.
oss. defend. In dubiis enim pro reo præsumi-
r: Itaque si adfuerint plures homicidio, &
num tantùm vulnus lethale inflictum fuerit,
noreturque, à quo, omnes absolvendi sunt,
ia sanctius est impunitum facinus nocentis

relin-

relinqui, quàm innocentem condemnare. absentem de pœnis l. item Mela ff. ad leg. Aquil. & l. si in rixa ff. ad leg. Cornel. de sic. & l. quoniam multa facinora C. ad leg. Aqu. Verum cum omnes dant operam rei illicit, velut si sint omnes aggressores, tunc omnes homicidę præsumuntur Bartolus in d. l. si rixa. Deinde interfectus si amator rixę fuer, rixam excitasse præsumitur Cardinal. in Clementin. 1. in 33. quæst. de homicid. porro qui exclamat, pręsumitur se defendere auxilium petens Bald. in l. 1. C. unde vi.

Præterea si duo certant armis, & aliquis tanquàm amicus eos sejungere ac separare baculo vel gladio nitatur, & in ipso conflictu interficiatur, pręsumitur occisus ad defensionem, sibique imputet: nec enim debuit ita se intromittere, ut unus debilior & infirmior redderetur glossat. in l. culpa caret de R. I. Bald. in c. 1. §. injuria de pac. infirmand. Angel. Aretinus in l. ut vim de justit. & jur. Joann. de Anania in c. ad liberand. in 2. calumn. de Judæis.

Res furtiva si penes eum reperiatur, qui malè audit, fur præsumitur, ideoque aculeo subjici potest, Bartol. in l. ult. de quęstionibus. Negativa interdum præsumptionibus & conjecturis probatur in re furtiva, si enim illa inveni-

niatur in domo alicujus, inhabitator non præsumitur furtũ cõmisisse, nisi probetur contrarium Bald. & Doct. in l. ult. de hæred. instit. end. Bartol. Bald. & Paul. Castrens. in l. in vilem C. de furt.

Item si quis probaverit consanguinitatem, amicitiam & necessitudinẽ, quę intercedeunt inter occisum & eum, qui reus homicidii guitur, non præsumitur occidisse gl. in l. 1. ad leg. Cornel. de sicar. Et servi si crimen aquod commiserint, id dominorum consen, perpetrasse non præsumuntur, ideò Domi servos pro noxia dedere possunt l, 1. de nol. act. Sed si nautæ sint domini vel caupones, nentur ex delictis famulorum ad interesse l. ff. Naut caupon. stabular.

Item præsentia ejus, qui ob naturæ impementum, quod agitur, mente aut cogitatione on potest comprehendere, nullam inducit præsumptionem l. 1. in fin. de author. & consensu tutor. l. coram Titio de V. S. & l. 1. §. Minum de postuland.

CAP. 30.

De Testibus.

NUnc ad responsa testium, secundam testimonii proprii speciẽ, progrediemur. Testes

ſtesſunt, qui ad alicujus rei fidem facienda
evocantur citatione judiciali l. 20. De teſtib.
l. 17. C. Eod. Teſtes citati mediante juramen
to ſunt examinandi l. 9. in princ. C. de teſtib
Teſti enim injurato non creditur l. Solam &
l. jusiurand. C. de teſtib. & cap. quoties, c
nuper c. licet Extr. Eod. Hoc eſt quod D. A
drianus Junio Ruffo procoſ. Macedoniæ reſcr
pſit teſtibus ſe non teſtimoniis crediturum
l. 3. §. item divus. De teſtibus: nam teſtimoni
eſt teſtium non juratorum, qui propriè teſte
non ſunt d. l. 3. §. item divus & cap. tuis extr
de teſtib. At teſtes propriè dicuntur, qui juran
ſe teſtimonium veritatis dicturos, præſent
parte adverſaria l. 18. C. de fid. inſtrum. à judi
ce, ut vel atteſtationes recipiat, monend
Auth. ſed & C. de teſtib. vel potius copiam ac
quirat ut Geyl. trad. libr. 1. obſerv. 105. Nan
pars adverſa citari debet, ut juramento teſtiun
interſit Lanfr. de Orian. in prax. tit. de teſt. de
poſ. n. 4. & n. 10. per cap. 2. de teſt. Hinc Se
neca in Medea: Qui ſtatuit aliquid inaudit
parte altera, Etiamſi æquum ſtatuerit, haud æ
quus fuit. Undè illud Alexandrin: Audi alter
partem. Proindè requiritur, ut teſtimonia ſcri
ptis perficiantur Nov. 90. c. 3. & l. 22. De
teſtib. quo facilius negotia explicentur, &
probatio rerum ſalva ſit d. l. 22. Atque hoc
modo

modo producũtur testes prima vice, secũda & tertia, imo etiam quarta vice, si justa fuerit causa Auth. Atqui C. de probation.

Et ad minimum duo testes esse debent, qui fidem rei faciunt quia pluralis elocutio duorum numero continetur l. 12. de testib. Et quia unius testimoniũ est nullum etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat l. ii. in fin. C. de testib. Hoc modo productorũ testium simplex assertio & credulitas non sufficit: sed ad fidem rei subjectę asserendã duo potissimum requiruntur causæ scientia, & testis auctoritas, ac virtus probata.

Causæ scientiam, ejusque rei innatam arguendæ vim depromit testis ex causis, effectis, subjectis, adjunctis, aliisque dissentaneis argumentis, à quibus omneo suum robur testimonium assumit, & uti diximus, nullam fidem habet testimonium, nisi secum vim adferat artificialẽ, nam ut Cicero 1. de natur. Non tam auctores (inquit) quàm rationum momenta quærenda sunt. Hoc est quod Socrates apud Platonẽ & Rhetores de hac ipsa re pręcipiunt in exquirenda veritate tantum testimoniis credendum esse, quantum ratio permiserit. Nam testimonium simplex, & nullo argumento innito confirmatum cæca & debiles probatio est: nec enim quia aliquid quis dixerit, idcirco ve-

rum esse putandum est: ut enim authoritas humani testimonii firma sit, veritas ejus argumentis insitis, & rem propriè perspicueque declarantibus, aut testimoniis divinis[r] examinanda est. Hinc legib. providentissimè cautum est, ut primum juret testis, quod veritatem ejus rei, super qua in testē evocatur, quatenus dici queat, dicturus sit dist. 3. q. 8. c. hortamur. Deinde quod nullam falsitatem committere v. intermiscere velit dist. 2. q. 4. & 3. c. puta. Tertio quod pro utraque parte, & tam ad interrogatoria, quàm ipsos articulos productos veritatem; quam noverit, dicturus sit dist. 14. q. . c. non sane. Denique & non prece, nec precio, timore, odio, neque commodi sui causa quid, quod ad veritatis testimoniū spectet, intermissurus sit gloss. in c. fraternitatis Extr. de test.

Insuper testis dicti sui idoneam rationem reddere tenetur, alias nihil probat Innoc. in c. cum causam de testib. Abb. in c. consuluit de testib. Bald. in c. sacramentum de consuetu. rect. feud. neque enim satis est testem affirmare, id ita esse, de quo interragatus est juxta articulos probationis, nisi talem etiam afferat suæ asseverationis causam, quæ urgeat judicem, ut credat ejus testimonium esse syncerum Lanc. in method. cap. 23. n. 38. part. 3. Dominium enim exactè probandum Wes. cons. 2. n. 8.

& na

d non præsumendum, nisi constet de principio
us Fich. consil. 157. n. 3. Paul. de Castr. cons.
23. adduntque in terminis sivè finibus non
probari dominium per testes sinè causa deponentes, licet non interrogatos. Nam omnimo-
o jura volunt, ut testes super articulis & interrogatoriis deposituri ex certis scientiæ causis testimonia sua proferant l. 10. C. de probationibus. Unde, quod toties JCti in legibus
suis religiosè monent, judex in fide testium examinanda animi sui motum confirmabit ex
argumentis & testimonis, quæ rei aptiora &
vero proximiora esse compererit, credatque
potius, quod naturæ negotii magis convenit l.
2 §. 3. De testib. & diligenter animadvertet,
an unum eundemque meditatum sermonem
testes attulerint, annè etiam ad interrogata verisimilia responderint l. 3. §. 1. ff. de testibus. Ità
tamen ut soli testationi prolatæ non habiturus
fidem, nisi aliis legitimis adminiculis approbata sit causa l. 4. C. de testib. Imò si contraria
fuerint testimonia, conceditur judici veraciora amplectendi adversitates licentia Nov. 30.
c. 3. Et perquirere eum oportet, ubi ipsum
veritas causæ moverit l. 21. de interrogat. in
jur. faciend. & rei qualitatem discutere plena
inquisitione oportet l. 9. C. de judiciis.
Duo, uti diximus, ad plenam rei fidem fa-

ciendam requiruntur causæ scientia sive ratio, & testantis auctoritas. De ratione & scientia causæ diximus, restat alterum requisitum, nempè fides & auctoritas testis. Pręter enim scientiæ causas & veritatem insitam, quam ex artificialib. argumentis testis adducit, testimonium robur suum & vires accipit ab auctoritate, fide & moribus testantis, cujusmodi sunt prudentia, virtus, benevolentia, ingenium, opes fortuna, ars, usus, necessitas, &c. Itaque prout testantis authoritas & fides major aut minor fuerit, ita testimonium gravioris ponderis, aut levioris erit. Nam dignitas, consentiens fama sæpè confirmat rei controversæ fidem l. 3. §. 2. de testib. Hinc semper senior juniori, & amplioris honoris persona inferiori, mas fœminæ, ingenuus libertino præfertur l. 7. de fid. instrument. si enim fide digniores alii fuerint, testimoniis discordantib. quæ à plurib. dicta sunt, considerabit judex Novlla 90. cap. 3. Sed si testes, qui ejusdem honoris & existimationis sint, à se invicem dissenserint, licet impari numero, credendum est, quod naturę negotii magis convenit, & quod inimicitię aut gratię suspicione caret l. 21. 3. ff. de testib. Itaque judicis erit diligenter animadvertere in testificantes, cujus conditionis sint homines an integrę frontis l. 13. ff. de test.
an

in honestæ an inculpatæ vitæ l. 3. in princ. ff. eod. tit. Verumenimverò alii testes sunt idonei, locupletes, classici & omni exceptione majores, qui nulla penitus exceptione submoveri possunt l. opinionem C. de contrah. & committ. stipulat. gl. in §. item verbis Inst. de inutilib. stipulat. alii minus idonei, qui variis de causis exceptioni & reprobationi sunt obnoxii, de quib. agitur in l. testium fides ff. de testib. Adhiberi autem & testes omnes esse possunt non solum in criminalib. causis, sed etiam in litibus pecuniariis, sicut res postulat, qui nulla lege excusantur, vel testimonio non prohibentur text. in l. 1. de testib.

A testimonio dicendo excusantur, qui inviti vel dicere, vel ad testimoniũ cogi non debent. Inviti autem cogi non possunt consanguinei & collaterales usque ad tertiũ gradum Albericus de malet. tract. de test. c. 6. per tot l. Iul. 4. ff. de testib. ubi cavetur, ne invito denuntietur, ut testimonium litis dicat adversus socerum, generum, vitricum, privignum, sobrinum, sobrinam, sobrino natum, eosq; qui priore gradu sunt: item adversus parentem, libertum & patronum, ut nec libertor. liberi, uxor &c. inviti testimonium perhibere non coguntur d. l. 4. de testib. Sic inviti testimonium dicere non coguntur privilegiati, ut senes, valetu-

dinarii, clerici, milites, qui Reipub. causa absunt & quibus venire non licet d.l. 4. text. in l. inviti. 1. de testib. Proxeneta non cogitur, nisi utriusque partis consensu in testem provocetur auth. de testib. §. quoniam verò: etiam inviti testimonium non dicunt publicani, neq;is,qui quid exercitui praebendum conduxerit text. in l. inviti testimonium. 19. De testib. nec sacerdos ad secreta confessionis revelanda cogi potest Geil. lib. 1. observ. 100. n. 8. Si tamen veritas aliter haberi nequeat, personę etiam privilegiatę cogi possunt, ne veritas occultetur gloss. in c. 2 quis testium Extr. de testib. Lanfred. de oria. in prax. tit. de testium, depos. n. 27. Alberic. e malet. d. tract. de test. c. 6. n. 20.

Prohibentur testimonium dicere alii ob aetatem & imbecillitatem & inopiam judicii consilii sui, ut pupillus §. 6. Instit. de testam. minor 20. annis in causa criminali l. 3. §. 1. ff. de testib. mutus, surdus, cæcus §. testes Inst. de testament. Spec. tit. de test. §. 1. n. 18. §. nunc tractandum n. 10. cum seq. Item impuberes & furiosi l. 3. §. 5. ff. de testib. factus tamen pubes testimoniũ ferre potest de iis, quę impubes vidit 36, dist. can. relatũ. Azo in summ. C. de testib. n. 7. eodẽq; modo furiosus si dilucida intervalla habeat admittur l. 3. §. lege ff. de testib

ignat

ēt non modo me tis inopes, sed indiscreti, rerũ gnari, obscuri fidem non merentur d. l. 3. l. quoniam l. testium C. de testib. & ii qui adversus fidẽ suã testationis vacillant l. 2. ff. de testib.

Quidam prohibentur propter notam & infamiam, ut infames & judicio publico damnati ob adulterium, famosum carmen & id genus alia l. 3. l. 15. l. 18. l. 20. l. 21. ff. de testibus, quivè in vinculis custodiavè publica erunt, quivè ad bestias, ut depugnaret, se locaverit, quęve palam quæstum fecerit, quivè ob testimonium dicendum pecuniam acceperit d. l. 3. in pr. & . 5. de testibus: sunt porro intestabiles ob infamiam & notam reus criminis cap. fin. extr. de testibus, infidelis, judæus l. quoniam C. de hæret. perjurus d. l. 3. §. leg. jul. de test. quia testificatio pro dignitate reputatur c. pręceptum 2. q. 5. & cum hujusmodi personis dignitatum portæ clausę sint, in testes admittendi non sunt 1. C. de Infam. libr. 10.

Sunt alii qui prohibentur testimonium dicere ob suspicionem, ut si ex gratia vel amicitia testimonium quis dicat d. l. 3. in princ. de testib. nisi talis sit amicus, qui gratiæ vel potentatui fidem religionis sciat præponere l. 5. C. de testibus. Amici autem undè appellandi? Non levi notitia qui sunt conjuncti, sed quibus fuerint jura cum patrefamilias honestis quæsita fami-

liaritatis rationibus l.223. de V.S. Hinc pat
& filius prohibentur adversus se invicem l.
C. de testib. & l. 9. ff. eod. tit. Item Dom
nus & servus l. 8. C. eod. libertus & patr
nus l. 4. l. 25. sic l. 12. C. eod. & qu
liberi adversus se invicem imo volentes t
stari prohibentur; d.l. 223. de V. S. & l.ul
C. eod. d.l.6. C. de testib. vana & inutilis e
disputatio, an fratris testimonium sit admitte
dum, quia propter nimiam benevolentiam aff
ctionem & necessitudinem, quà facilè à ve
abduci possunt, fratres sibi invicem non su
legitimi testes l.eos 4.C. de testibus. Jam ver
prçsumitur plus affectionis & amicitiæ frater
næ veritati tributurus, tum etiam quia fr
ternum testimonium est domestium, quod i
jure nullam meretur fidem l.pen.l.ff.de testib
& l.6. C. eod. propinquitatis affectio verita
tem impedire solet c. accusatores 12.3.q.5.

Per domesticos intelliguntur Parentes, Li
beri, Patroni, Liberti, Servi, Propinqui, Gene
& nurus l.ult. C.de Verb. & Rer. Signif. E
qui degens in domo alicujus, ipsius potestat
subjectus est d.l. ult. ratio hæc est, quia nor
videntur esse idonei testes, quibus imperari po
test, ut testes fiant l.3.l.6 l.24.ff.de testib. Ve-
rùm in his personis conditio attenditur, quali
erat tempore depositionis ut Innoc. in l.2.C.
dete-

de testibus. Inde hæc clausula limitatur, nisi domestica illa persona è domo vel potestate sit dimissa: vel nisi testes utrique parti æquè sint domestici & conjuncti: par enim affectionis causa suspicionem tollit in testimonio Spec. tit. de testib. §. opponitur autem n. 10. & seqq. Sichard. in l. 2. C. de testib.

Ob suspicionem quoque prohibentur, qui inimicitias colunt d. l. 3. in princ. & leg. 17. C. eod. si nempe inimicitia ex criminali lite descendat: aliter si pecuniaria lis inter eos moveatur, tūc procedit testatio adversarii Novell. 90. cap. 7. Ob suspicionem nemo in propria causa idoneus est testis l. nullus de testib. Subditi, vel quibus imperari potest l. eos C. eod. l. 6. ff. Eod. Socii & participes criminis l. quoniam ii. C. eod. Item socius similem habens causam d. l. quoniam, c. personas extr. eod. non legitimè rogati, & qui se ad testificandum obtulerunt auth. rogati C. eod. Mynſ. cent. 4. observ. 3. Patroni in causa, cui patrocinium præstiterunt l. ult. ff. eod. Idem dicendum de procuratoribus, tutoribus, curatoribus, Syndicis, arbitris judic. Lanfred. in prax. tit. de testib. 67. cum seqq. neque is admittitur, qui in eundem reum anteà testimonium dixit l. produci 23. ff. eod. nec, qui lucrum ex suo testimonio sperat l. 3. in princ. ff. eod. Hinc vilis & pauper pro

ſuſpecto habetur d.l.3.in princ.& arg.§. ſed & propter paupertatem. Inſt. de excuſat. tut.pauperẽ judicat Bart.in l.qui accuſare ff.de accuſ. qui 50. ſolidos non habet in bonis. Itaq; tandẽ concluditur teſtimoniũ ejus,qui prohibetur dicere,eſſe nullum & invalidum Novel.90. cap. 6. niſi alia probatio ad eruendam veritatem haberi queat, tunc prohibiti teſtes admittuntur, ne ſcilicet cuipiam ſua pereat juſtitia arg.l.7. de teſtib.&l.ult. C.ad leg. Cornel.de ſicar. Idque in Camera Imp. obſervari affirmat Mynſing. cent.3.obſerv.16. & cent.5.obſerv.13. quo caſu domeſtici teſtes eſſe poſſunt: Nam domeſtica non niſi per domeſtica probari poſſunt, ut docet Alberic. in l. conſenſu C. de repud. Spec. in tit.de teſtib.§. 1.verſ. Item quia domeſticus, Bartol.in l. ſi quando C. Unde vi, quia quod ſecreto vel nocturno tempore intra privatos parietes factum eſt,non facilè per alios niſi domeſticos reſciri poterit Mynſing.d. loc. & Damhoud. in prax. rer. crim.tit.51. de ſalvatione n. 7. Panorm.in cap.ult. de his quę vi met.cauſ. hoc etiam modo Innocentia probari poteſt teſtibus domeſticis & ſanguine conjunctis c. tam literis, &c. veniens de teſt.&l. 1.§. ad queſtionem de quæſt. & ibid. Marſil.n.26. & latè Maſcard.de probat.Concil.904.Sed infamia notati hoc caſu non admittuntur niſi cũ

tor-

tormentis & quidem in cauſa civili tantùm l. quæſitum ff. de teſtib. §. ſancimus auth. eod. tit.

Reprobationes teſtium.

Monſtravimus in ſuperioribus ad plenam rei fidem faciendam duo requiri in teſtimonio ſcientiam cauſæ, & auctoritatem teſtantis. Et quia contrariorum eſt contraria ratio, propter horum defectum teſtimonia reprobantur, hinc publicatione teſtium facta, tàm contrà dicta teſtantium, quam contrà perſonas exceptiones ſunt editę, quibus fides eorum imminui ac enervari intenditur. Contrà dicta teſtium opponitur, quod ſint contraria, varia, obſcura, incerta, ambigua, dubia, præmeditata, compoſita, falſa, non veriſimilia, &c. c. veniens 2. extr. de teſt. l. 2. de teſtib. & Nov. 90. cap. 3. in fin. Weſenbec. hoc loc. in paratitl. de teſtib. Nam dicta teſtium in circumſtantiis rei benè conſonare debent Spec. tit. de teſtib. §. jam de interrog. n. 18. Denique quod dicta ſint ſine cauſa ſcientiæ, vel ſine idonea & ſufficienti cauſa Bart. Bald. & alii in l. ſolam C. de teſtib. Exceptiones contra perſonas teſtium variis ex cauſis deſumuntur, quod ſit ſingularis non habens conteſtem l. ob carmen in fin. ff. de teſt. Felin. in cap. licet ex quadam n. 2. & 3. Extr. de teſtib. Deinde opponitur contrà teſtem

quod

sit domesticus, conjunctus producenti, ejusque subditus, & quod sit inimicus, vilis, pauper, reus criminis, infidelis, infamis, inops mentis, ignarus, &c. ut supra late id admonstravimus in testibus, qui ob ætatem, inopiam, imbecillitatem judicii, & ob notam atque infamiam & suspicionem non admittuntur. Item contra formam examinis & depositionis testium excipitur, quod testis non juraverit: quod non rogatus ad testimonium accesserit: quod non secreto, non diligenter, nec ad omnia interogata, non citata parte adversa, vel quod post publicationem &c. interrogatus aut examinatus sit Spec. tit. de testib. §. 1. & §. sequitur n. 1. & seqq. Ferr. in form. opponend. cont. testes in verb. suntq; publicatis. Bartol. in tractat. de test. §. ad reprob. Oratores & advocati facundissimi hæc omnia reprobationum subsidia mignificè proponunt, testibusq; fidē detracturi, à personarū conditione, spe, volūtate, patria, natione, & causis inimicitiarum testimonium elevant, conjecta gravi invidia, vel ut in testes fortuna egentes, vita turpes, existimatione damnatos, audacia furentes, non auctoritate, non vitæ religione, sed largitione, sagina, ac nocendi cupiditate productos. Permisit hoc sibi in propugnatione L. Valerii Flacci Cicero, ut eor. perfidiam, levitatem & mores perditissimos in

dandis

landis mutuò testimoniis damnaret. Pro M. Fonteio omnem fermè fidem auctoritatemque Gallis derogat: exemplo etiam M. Æmilii, M. Aquilii, L. Cottæ, item Catonis & Scipionis in oratione pro Murena ostendit, ob cupiditatis atque iræ suspicionem non esse testib. omnibus fidem adhibendam. Callistratus quoque JC, testium fidem, conditionem, vitam anteactam, existimationem, fortunam, atq, dignitatem diligenter exquirendam esse præcepit l. 3. ff. de testib.

CAP. 31.

De Instrumentis.

TEstium responsa excipiunt Instrumenta, quæ sunt tertia testimonii proprii species. Instrumentum ab Instruendo dictum, quod eo causa instruatur l. 1. de fid. instrum. est scriptura fidem rei, quæ in illa continetur, faciens l. 5. 7. & 16. C. de fid. instrum. Et fieri possunt instrumenta de omnibus omnino contractib. & actib. tàm inter vivos quàm ultimę voluntatis tam contentiosæ quàm voluntariæ jurisdictionis, quæ non sunt contra juris disposi-

tionem

tionem l. 17. contract. C. de fid. instrum Bald. in rubr. n. 3. Eod. tit. l. 2. C. de edend l. actus 8. C. de fer. Hęc instrumenta ali: conficiuntur authoritate publica, quę publica alia sine ea, quę privata nominantur: publica authoritatis sunt instrumenta.

I. Si scriptura sigillo principis, vel Episcopi, vel Capituli, vel alias publico sigillo sigillata sit c. 2. extr. de fid. instrum. &c. tertio loco c. post cessionem Extr. de probationib.

II. Pro instrumento etiam publico habetur quæcunque alia scriptura, quæ juris authoritate publicata est l. publicati C. de testam. ubi Dd. & l. fin. C. de re judic. c. perpetuus extr. de fid. instrum.

III. Inter publica instrumenta comnumerantur libri censuales & monumenta publica, acta judicialia, scripturę ex Archivis deromptæ, privilegia, rationes fiscales & id genus alia l. 10. Census ff. de probat. & l. 4. C. de fid. instrum: huc termini & fines atque limites agrorum aggerumque ff. fin. regund.

IV. Item qualescunque scripturæ, quę extrahuntur de Archivo publico seu cancellaria, publicam fidem habent, si modo iis subscripserit officialis deputatus, utpote ratiocinator seu λογιστὴς quispiam, licet non sit notarius Auth. ad hęc C. de fid. instrum. & in cap. ad audientiam

lientiam ubi Felinus n. 13. &. 14. extr. de pręscript. Bart. & Bald. ad d. auth. & ad auth. si quis C. qui pot. in pig. gl. in c. cum causa de id. instrum. Eodem modo acta, quæ à Gallis egistres vocantur, publica & authentica diuntur, modo ab actuario describantur, Innocent. in c. 1. de curatorib. & Bald. ad auth. i quis in aliquo C. de edend.

V. Publicæ fidei & authoritatis sunt, quæ pud acta publica fiunt l. 2. ubi Dd. C. de eend. l. omnium C. de testam: Bald. in rubr. 1. 4. C. de fid. instrum.

VI. Illa scriptura etiam publica dicitur, quę cribentis & trium testium idoneorum subcriptionem habet l. contract. C. de fid. intrum. c. 2. extr. eod. l. scripturas cum auth. quis vult caute C. qui potiores in pign. Geil. bserv. 25. n. 9. cum seq. libr. 2. hæc enim ro publicis, quoad effectum, habentur, & pleam fidem faciunt. dd. ll.

VII. Et ultimo publicum instrumentum icitur in specie, quod per notarium seu taellionem publicum, ad id specialiter rogaum, confectum est c. 1. & 2. de fid instrum. Novell. 44. in princ. l. gesta 6. l. C. re jud. & c. uoniam contra falsum extr. de prob. adhiita & testium & ipsius subscriptione d. nov. n pr. & Nov. 73. c. 5. Hæc scriptura produ-

cta coram

tae oram judice plenam facit fidem sine alterius adminiculo secundum Innoc. c. 1. de fi. instr. etiamsi notarius & testes in his comprehensi è vita discesserint c. 2. Extr. de fid. instr. gl. l. 2. in princ. ff. quemadmodum testam. aperi. Requiruntur autem in publico instrumento præcipuè hæc capita: Invocatio Ei Bald. c. 9. de vot. & vot. reddit: sępe ità receptum consuetudine servatur: quia omnium rerum primordia ad exemplum ipsius Imperatoris divino numine capienda sunt, quod & Maro innuit in Palæmone, ab Jove principium &c. Veruntamen omissio hujus solennitatis instrumentũ non annullabit. Covarr. pract quæst. c. 20. n. 1. Canonist. in rub. de fid. instrum. Itẽ annus Salvatoris Domini nostri Jesu Christi: simul præmitti debet nomen & annus regnãtis Imper. Cos. & Papę Nov. 47. c. 1. in auth. ut præpon. nom. Imp. Bart. in proœm ff. tc. unà indictio currens, cujus præfatio olim in instrumentis & contractibus fuit necessaria, qua omissa nullum erat instrumentum Bal. in l. 1. §. sustinere de vulg. & pupil. & in auth. ut præpon. nom. Felyn. in c. inter dicta col. 7. in verb. indictionis de fid. instrum. indictio autem erat apud Romanos computatio dierum, scil. annorum quindecim, quibus tripertitis per lustra, id est, per quinquennia Im-

peratc

petatori aurum, argentum & ferrum ſolvebantur gl. in tit. C. de conſt. & in rubric. C. de indiction. libr. 10. Specul. in tit. de inſtrum. edition. in §. 1. verſ. poſt annos. Apud Græcos verò tempora computabantur per quadriennia, quod ſpatium appellatur Olympias dicta ex eo, quod ad Olympum montem ſpectaculum fiebat quarto quoque anno: ic enim Herculis filius ludum inſtauravit, qui ab Hercule quolibet anno excercebatur ad Olympum, uti ex antiquitatibus conſtat. Item eries negotii & numerus teſtium, teſtiumque nomina & cognomina ſunt exprimenda proinde menſis, dies & locus celebrati actus, non olùm generalis, puta civitatis, ſed etiam ſpecialis, puta, in domo tali gloſſ. in l. generali C. de tabell. libr. ii. Angel in auth. ut præpon. om. Imp. Alex. de Imola conſil. 85. par. 2. Denique adjicitur ſubſcriptio notarii cum eius ſigno Bart. in d. proœm. ff^{or}. Geil libr. . obſerv. 43. Boer. deciſ. 36. n. 6. Specul. n tit. de fid. inſtrument. in §. 1. verſ. in fine utem inſtrumenti. Non requiritur ſubſcriptio eſtium, neque contrahentium, niſi lex eam equirat ut in l. 1 donationib. C. de donation. & in l. hac conſultiſſima C. de teſtam. vide Panor. & Innoc. in cap. 1. de his quæ fiunt ſine conſenſu prælator.

Etenim hoc publicum instrumentum à tabellione debita ista forma confectum dividitur à Notariis in duo genera in Prothocollum & Transsumptum. Prothocollum sunt originalia instrumenta, primæ scripturæ Notariorum, scilicet matrices, & imbreviaturæ, in quibus summaria quædam continetur gesti actus adnotatio, qua Notarii acta & substantialia negotiorum in perpetuam rei memoriam breviter & succinctè, ut se habent, comprehenduntur, undè postea instrumentũ latius in solenni forma conficitur Lanfr. de orian. in prax. cap. 9. n. 10. Vigl. in tit. n. 5. & 6. Inst. de testam. hęc autem adnotatio, si fuerint in eo comprehensa omnia substantialia instrumenti publici, fidem plenam facit cap. 1. & ibi Innoc. extr. de fid. instrum. gl. in l. quicunque ff. de fid. instrum.

Transsumptum est instrumentum authenticum, quod ex prothocollo sive matrice solenni forma cum præfatione & clausulis consuetis descriptum & extractum est Bald. in rubr. C. de fid. instr. publicamque fidem & authoritatem habet d. cap. 1. Si verò hoc transsumtum instrumentum authenticum porrò transumatur & exempletur: annè illud exemplum fidem faciat, dubitatum sæpe fuit? regulariter enim exemplum instrumenti sine authentico nihil

nihilprobat l. 2. de fid. instr. & d. cap. 1. extr.
eod. juxta illud, si scripturam authenticam non
videmus, ad exemplaria nihil facere possumus
l. sancimus C. de divers. rescript. auth. si quis,
& in auth. ut spons. largit. §. si quis l. 4. ff.
fam. ercisc. Masc. de probat. vol. 2. consil.
n. 11. Hoc quidem est regulare; interim Doct.
distinguendo respondent exempla sæpè fidem
facere.

I. Probat exemplum, si transsumptum est
per notarium, qui instrumentum confecit: huic
creditur l. unum de testam. & ibi Paul. Castr.
Bart. in auth. si quis in aliquo C. de edend. n.
1. Ratio est, quia notarius potest de uno negotio
plura instrumenta conficere d. l. unum
& Felin. in cap. ult. de fid. instr. Et cum autor
sit ejusdem scripturæ, eadem fides haberi debet
utrique Bart. in l. in fraud. §. neque de
jur. fisc. & in l. si quis argentariis §. prohibet
de edend. si autem exemplum sit descriptum
non ab authore instrumenti, sed ab alio notario,
fidem non facit, ratio, quia notarius non est rogatus
de principali facto, sed tantùm de exemplificatione:
notario autem non creditur, nisi
de eo quod rogatur à partibus authent. de
tabellio §. ne autem. Bart. in d. auth. si quis in
aliquo C. de edend. Felin. in c. 1. de fid. instrum.

II. Probat exemplum, si est transsumptu per alios duos notarios, qui testantur, se instrument im firmum, immaculatum, non ralum non suspectum, &c. & cum transumpto de verbo ad verbũ concordans reperisse, & si per Judicem ad petitionem ejus, qui transumptu fieri curat, citata ejus parte adversa ad videndam ejus publicationem, publicatum fueri auth si omnes C. si minor ad hæred. abstin. & rale transumptum plenam facit fidem Godofred. in l. quæcunque de fid. instrum. Imo 1 mandato judicis, quod à pragmaticis compulsorium vocatur, litigans petierit, adversario legitime citato, exemplum à Notario publicari, probat exemplum Imbert. in instit. Forens. quod hodie in judiciis receptum est, modo citata ad id parte adversa collatio per actuarium juratum istius judicii sive secretar. fiat, tunc n. exemplum cum originali eand. vim & authoritatem obtinebit.

III. Exemplum probat contra exemplantem & producentem Bart. in l. 2. §. si dubitetur ad fin. ff. quemadm. testam. aper. & in l. in fraudem §. neque de jur. fisc. Bart. & Jaso in d. auth. si quis in aliquo C. de edend.

IV. Probat si exemplum est scriptum & approbatum consensu partium ambarum, & ad hoc notarius hinc inde à partibus rogatus sit §.

nos au-

nos autem in auth. de tabellion. Bartol. in d. authent. si quis in aliquo Spec. tit. de instrum. edit §. ostenso vers. hoc etiam nota.

V. Probat, si hujusmodi exemplum reperitur in archivo publico alicujus civitatis Angel. in d. auth. si quis in aliquo Innoc. in c. 1. extr. de procurat.

VI. Quando instrumentum de verbo ad verbum est extractum per actorum notarium, & exemplum in actis est relictum, probat, Angel. in d. auth. si quis in aliquo, Speculat. tit. de instrum. §. nunc dicamus. vel pen.

Privata Instrumenta.

Instrumenta diximus alia esse publica, alia privata: De publicis actum fuit; privata instrumenta sunt quæ conscribuntur sine testibus, ut sunt Rationes, & inventaria privata, ut libri mercator. quibus unusquisque sibi debitorem constituit l. 5. 6. 7. C. de probationib. nec probant regulariter, nisi aliis adminiculis testationes adjuventur d. l. 6. scilicet scribentis juramento Auth. quod obtinet C. de probation. proindè inter privata instrumenta referuntur Apocha, chirographum, cum vim obligationis habeant l. 31. & 29. in pr. de probat. & l. 11. C. qui potior. in pign. & l. 19. C. de fid. instrum. etiamsi nuda epistola debi-

toris sine die & consule scripta sit l. 3. §. 1. De pign. & hypothec. Eodem nomi chirographum alterius nomine, qui id rogat scribere, valebit l. 26. §. 1. de pign. & hypot. sed si debitor neget syngrapham sua ma scriptam, tota res venit ad comparationem terar. quæ facit semiplenam probationem D. in l. comparationes C. de fid. instrum. H
Quæritur utrum Scriptura vel testes majorem probandi efficaciam habeant? Testibus majorem fidem adtribuendam esse putamus du manifesto textu Novellę 73. cap. 3. ubi dicit ob juramentum ea, quæ voce proferuntu, digniora fide esse; & l. testium 18. C. de testib. ubi contrà chirographum admittuntur testes jurati: prob. l. 27. C. de testament. ubi solenne testamentum infirmatur testium assev ratione triũ, modo id inter acta manifestaveri neq; obstabit l. 1. C. de testib. ubi rescribitur c tra scriptum testimoniũ non scriptum testin ferri: quia sunt saltem privata testimonia e trà judicium prolata sine juramento, tunc ad versus tabulas vim non habent d. l. 1. & l. scr pturas & auth. seq. C. qui potior. in pig Objicitur & hic l. 3. §. 5. ff. de Corbonian edict. in qua ratio redditur, quod testibus fid non debeat ascribi æquè ac instrumentis, rat hæc est, ne aut mutent fidem aut discedant.

Res

Resp. rationem illam non de testimonio perhibito, sed perhibendo conceptam esse: agitur enim illic de impubere in possessionem bonor. mittendo, & cognitionem ad tempus pubertatis differendam esse adjicitur. Unde casus finitur pupillo noxius, ne interim currente dilatione testes, quibus veritas controversiæ constat, aut discedant, aut mutent concilium, cum propter temporis intervallum non eandem fidem habere possint d.l.3.§.5. Item objectatur l. in exercendis C. de fid. instrument. ubi rescriptum extat, parem fidem in probando mereri testes & instrumenta. Resp. procedere hoc axioma è comparatis, si de alia re testimonium sit prolatum, de alia instrumentum conceptum, tunc ex comparatis partibus æquè ad probandum conspirant: verum si ad idem subjectum referantur, & contrà scripturam testes producti fuerint jurati, tunc dicitur testatio prævalere scripturę, nisi veracior sit scriptura: quod judicantis prudentię & religioni committitur. Nov.73.cap.3. & l.21. in fin. de testib.

Exceptiones contra instrumenta.

Porrò excipitur contra instrumentum, si forma, solennitates & substantialia requisita sint omissa l. divus ff. de integr. restit. l. cum hi si pretor ff. de transact. l. si chirographum ff.

de fid. instrum. Specul. de instrum. edit.§. i-pete in princ. Velut si testes non sint adhiba auth. de instr. caut. §. si quis igitur & seq. coll. 6. & c. 2. Extr. de fid. instrum. & c. 1. fin. vel subscriptiones non sint subjectæ l. u. §. fin. C. si cert. pet. Vel alias imperfectum & non absolutum l. contractus 16. C. de fid. instrum. vel ab eodem tabellione non sit absolutum d. l. contractus & Novell. 44. in princ. v persona Tabellionis sit suspecta c. cum Ioanni extr. de instrum. Vel quia causa debendi in instrumento non sit expressa, veluti ex mutuo deposito, vel simili c. si cautio extr. de fid. instrum. l. cum in debito §. ult. de prob. Instrumentum quoque propter cancellationem sive abrasionem literæ vel syllabę, vel dictionis eo loco, ubi sententiam alterare possit, suspectum habetur l. dicto C. de edict. D. Adriani tollad. c. cum venerabilis extr. de religios. domib. c. licet §. 5. c. fin. extr. de crim. falsi, Specul. in tit. de instrum. in §. restat. videre in princ. & in §. postremo in vers. item excipitur quod sit vituperatum, &c. Si verò literę vel syllabę mutatio, immissio, vel subtractio sensus variationem vel mutationem non inducat, toleratur & non vitiatur l. qui habebat de manumiss. testament. c. ex parte extr. de fid. instr. c. 1. extr. de crim. fals. Vel quia instrumentum est simu-

est simulatum & aliud sit actum, aliud scriptum l. 1. & 2. C. plus valere quod agitur, &c. aut si in aliqua parte sit falsum l. 2. & 3. C. de fid. instr. & l. pen. C. de probat. vel si instrumentum de alio loquatur, quàm qui eo utitur l. ad probationem C. de probationibus. Vel quia contrà voluntatem alterius partis sit quid adscriptum in instrumento l. cum precibus 11. C. de probat. vel si exemplum, non ipsum authenticum instrumentum producatur l. 2. C. de fid. instrum. c. 1. extr. de fid. instrum. ubi dicitur, si scripturam authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus l. sancimus C. de divers. rescript. Huc, uti diximus, pertinent obligationes, cum aliquis quid spondet, promittit, recipit in se, & pacta tam publica quàm privata, quæ non scribuntur: quale est pactum inter bellorum Duces, & Antonium & Cæsarem de evertenda Repub. item pignora huc referuntur quæ dari solent ac retineri ad securitatem debiti, vel quę aliás etiam ad fidem rei faciendam certando deponuntur, cum desunt alia argumenta, ut pastores illi apud Virgil. Eclog. 3.

Vis ergo inter nos quid possit uterque vicissim
Experiamur? Ego hanc vitulam (ne fortè recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fætus)
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

hisce pactis & obligationibus plena ac refer
sunt JCtor responsa, & Impp. rescripta, qu
hoc loco singula referre nimis prolixum fore

CAP. 32.
De Confeßionibus.

REstat cōfessio quarta testimonii propr species: Hæc confessio vel est libera & volūtaria, vel non volūtaria. Confessio libera JCtis definitur, quando major in judicio, præsente adversa parte sponte & sciens, contra se super re litigiosa, ubi nec natura, nec favor repugnat, aliquid affirmat seu asseverat l. 1. & 2. ff. de confess. Et est judicialis, vel extra judicialis: Hęc fit apud probos & fide dignos homines extrà judicium, illa in judicio l. certum ff. h. tit. l. tale pactum ff. de pact. Mascard. de probationib. vol. 1. q. 7. n. 7. Verum licet nulla sit efficacior probatio, quàm propria confessio l. cum te C. de transact. & l. fin de fidejussor. & l. 1. ad fin. de interrog. actionib. Non tamen cuilibet sua confessio semper nocet, sed ad hoc, ut teneat & valeat, quędam necessaria requiruntur, quæ vulgarib. hisce Dd. versiculis comprehenduntur.

Major, sponte, sciens, contra se, ubi jus fit, & ho-
Nec natura neget, favor, lis, jusq́ repugnat. (stis

Primum

Primum requiritur, ut confitens sit major 25. annis. l. 6. §. 5. ff. hic. unde si minor 25. annis aliquid confessus fuerit contra seipsum, sibi non prejudicat l. certum in. fin. de confess. sed gaudet restitutione in integrum Masc. de prob. concl. 371. n. 2. Spec. tit. de confess. vers. fin. & d. l. certum §. minorem: ratio, quia sine tutoris authoritate obligari non potest tt. de auth. tut.

Deinde requiritur, ut sponte fiat confessio: Nam si quis vi vel metu ad confitendum compulsus sit, ejus confessio non valet, nisi in eadem perseveret Spec. in §. sequitur tit. de confess. gl. in l. 2. C. de cust. reor. Sic quod ex iracundia & animo concitato dicitur vel fit, ratum non habetur, nisi perseverantia apparuerit judicium animi fuisse l. aliquid in calore de R. I. Marrant. part. 6. de confess. n. 10. Et requiritur ut nullo errore sit inductus: Si enim error aliquis probari possit, quandocunque revocari potest l. error C. de jur. & fact. ignor. & l. de ętate §. qui justo errore de interr. action. Idque locum habet in errore facti d. l. de ætate. Et tametsi sponte confessio in criminalibus facta sit, si tamen falsa sit, non nocet confitenti, sed quandocunque per officium judicis revocari potest Lanfr. in prax. tit. de de confess. n. 9. Masc. de probat. vol 1. concl. 354.

cl. 354. & l. in criminalib. §. quæstioni & §. si quis ultro de quæst.

Tertio loco in versiculis adjicitur contra se. Si quis enim pro se tantum confessus fuerit, ei non creditur pro se ipso, sed contra se cap. super electione extr. de confess. & l. de ætat ff. de interrog. actonib. l. exemplo C. de probat. Ceterum quod hic de confitente contra se ipsum dicitur, declaratur, ut locum non habeat, si esset confessio sine causa, talis enim in prejudiciũ confitentis non valet per c. si cautio ext. de fid. instrum. & in l. generalitur C. de non numerat. pecun. Vel si falsa causa esset expressa, vel causa sit generaliter, non certa nec aptè expressa, ut intelligi possit Masc. de probat. vol. 1. concl. 345. n. 4. cum seqq. nisi in judicio facta, quæ etiam sine expressione causę valet Castr. & alii, in l. 1. de confess. Hipp. de Marsil. in l. 1. §. præterea n. 97. de quęst. Et licet sine causa facta confessio non plenè probet, facit tamen semiplenam probationem Alex. consil. 4. in fin. & consil. 13. in princ. vol. 1. Hipp. de Mars. in d. l. 1. §. prætorea n. 94. de quæst.

Quarto adjectum est in versiculis ubi jus fit, hoc est, ubi in judicio & coram judice competente causa agitur. Si enim confessio coram

non

on suo judice, vel cui ea de re judicandi po-
estas vel jurisdictio non est, facta sit, inutilis
nullius prejudicii esse habetur c. at si extr. de
udic. & c. ad nostram de consuetud Masc. de
robat. concl. 352. quia extra judicium con-
essio facta regulariter non nocet, nisi gemine-
ur, vel sæpius fiat, tunc enim valeret Bart. in
cum scimus C. de agric. & cens. libr. ii. Ias.
§. in personam Inst. de act. Geminata enim
onfessio extrajudicialis æquiparatur judiciali
Mar. par. 6. de confess. n. 15.

Quinto requiritur in confessione, ut adsit
ostis, hoc est, pars adversa, nam si absente ad-
versario vel procuratore ejus fiat confessio,
on præjudicat confitenti cap. 2. extr. de con-
ess. l. certum §. si quis ff. de confess. l. ult. de
terr. actionib.

Sexto dicitur, si natura non neget: Quia
onfessio contra naturam facta non valet: Con-
essiones enim naturalib. & possibilib. conve-
ire debent l. 14. de interr. action.

Septimò lis requiritur: Si enim confessio
eret super re, de qua non est lis, nullius esset
omenti vel prejudicii l. lis nulla de judic.

Octavo additur, si nec jus repugnet, quia
onfessio, quæ fit super eo, quod esset contra
is, irrita & nulla habetur l. 15. cujus nomine
fin. de interr. action. l. jurisgentium §.

prætor

prætor aït & §. seq. de pact. velut si con-
teantur fœminæ se liberos in potestate hab:e
contra §. fœminę Instit. de adopt.

Judicialis verò confessio dicitur quæ fit c-
ram judice competetente, & præsente adv:-
sario: coram incompetente enim judice nn
nocet in c. at si clerici de judic. & c. ad :-
dientiam nostram de consuet. Masc. de pr-
bat. Effectus judicialis confessionis e,
quod revelet ab onere probandi, & habeat vi
sententiæ & rei judicatæ in civilibus, adeo t
in confessum nullæ sint partes judicis, nisi
condemnando ut dici solet per leg. proinde
ad leg. Aquil. & confessus pro judicato si
quodammodò sententia habeatur l. 1. d. l. ce-
tum ff. de confess. l. un. C. de confess. Ma
par. 6. n. 21. de confess. Id in civilibus causi
sed non in criminalibus obtinet: ibi nuda co
fessio pro exploratis facinoribus non est ha
benda, si nec ulla alia ratio religionem cognc
scentis instruat l. 1. §. 17. de quæst. quia non
nunquam aut metu aut alia de causa in se con
fitentur, & experientia comprobatum est, sæp
post damnationem de confessi innocentia con
stitisse, uti ex epistola divorum fratrum ad
Voconium Saxā de Primitivo servo in se con
fesso, & postea de ejus innocentia rescriptum
est d. l. 1. §. 27. de quęst. Itaque dd. ll. nud
& sol.

sola confessio non sufficiet ad condẽnatio-
em, sed alia proindè requiritur probatio, quę
dicantis religionem plenius instruat. At
ęnam illa? Veritas delicti & corporis occisi
. §.24. ff. ad SC. Syllan. & l. 23. §. fin. ff. ad leg.
quil. adeò ut sine hisce indiciis ad torturam
venire non oporteat Rosbach processi. crim.
t. 5. c. 29, Requirũtur proindè signa & circũ-
antię, quæ fidẽ rei faciant, uti locus, dies, tem-
us, hora, quibus crimen admissum sit: causę
super sunt attendendæ, ut animi mores, oc-
sio, hortatores, socii, & morum qualitas ac
ulnus, de quibus singulis judex reum & qui-
em confitentem interrogabit, quemadmodum
onet constitutio criminalis Carolina c. 46. &
7. quod propter rusticiores & defensionis suę
nperitos receptum est d. c. 47.

Atqui hoc modo in criminalibus confessio
xtrà judicium facta indicium facit ad tortu-
am contrà confitentem, uti resp. Dd. gl. &
art. in l. 5. in princ. ff. de adult. Ias. in l.
agistratibus n. 3. & 4. De jurisdict. Hipp. de
Mars. in l. de minore n. 20. & 30. de quęst.
Bald. & Angel. in l. un. C. de confess.

Confessioni affines sunt modi quidam per
quos in jure quis tacitè confiteri videtur, ut est
aciturnitas, nam qui tacet, confitere videtur,
præsertim ad ea, quę ab adversa parte allegan-
tur c.

tur c.15. qui tacet de R. J. in Sexto c.1.& de confeſſ. in Sexto l.1. §. ſcientiam de tribu act. d.l. de ætate §. qui tacuit de interr. act. ne contradictio, ex qua conſenſus in judicialib inducitur Mar. par.6. de delict. n.13. l. pen. de jur. cal.

Contumacia, veluti, ſi quis in judicio con tumaciter reſpondeat, vel non rectè d.l. de ætate §. ſi cum de interr. act. Mar. par.6. de con tum. n.30. de ord. judic. Fuga l. ſi libertum f de bon. lib. Geil. libr.2. obſ.109. n.6. ex qu fugiens habetur pro confeſſo text. in l. Conſi liarius C. de aſſeſſ. Lanf. in comment. ſuper l admonendi n.44. de jurejur. pactum deniqu & tranſactio, qua quis confiteri videtur l. d crimine C. de adulter.

Contraria & exceptiones ſumuntur ex cau ſis: & primùm ex cauſa efficiente, ut ſi confeſ ſio fiat ab infante vel pupillo, aliiſve qui caren judicio & conſenſu Lanfr. in prax. c.7. n.17. S à minore, ratio quia reſtituitur in integrum l. certum 6. §. minorem ff. de confeſſ. Vel à non domino cauſæ: Nam procurator non poteſt domino abſenti præjudicare ſua confeſſione d.l. certum §. ſed & an 4. ff. ubi Bart. hic Jaſ. & Dd. in l. un. §. ſi procurator ff. ſi quis jus dicent. non obtemp. Geil. libr, 1. obſerv.98. n. 5. nec confeſſio prælati nocet Eccleſię Mar.

part.6.

ar 6. de confess. n. 7. & 8. Deinde exceptiones eruuntur ex materia, veluti si confessio iat contra naturam rei, vel res non sit in rerum atura, & si non sit de re litigiosa, si falsa & npossibilis, si de facto non constet confessio, ti diximus supr. si sit incertum. Nam certum onfessus pro judicato erit, incertum non erit ext. express. in d. l. certum in princ. ff. hic: si amen quis incertum confiteatur, urgeri debet, t certam quantitatem exprimat d. l. certum . 1. ff. hic. denique exceptiones pro confitente sumuntur à forma, si non spontè ac libere, ed coactè, vi, metu, tormentis, iracundia, errore facta sit confessio, uti in superioribus adnonstravimus. Confessio non voluntaria vel ist fortuita, & per imprudentiam emissa, vel oer necessitatem expressa: prioris generis sunt ia, quæ dicuntur à parvulis, ebriis, insanis, & lormientibus. Nam & pueri sæpè indicaverant aliquid, & ut Cicero in Top. per somnũ, inum, insaniam multa sæpè patefacta sunt: erum hęc, ut suprà in confessione diximus, uris authoritate fidem non merentur. Confessio, quæ necessitate exprimitur, oritur ab inimis vel corporibus: ab animis, ut cum ad experientiam adversarium provocamus. Hoc est argumentum quo utimur, cum affirmationis nostræ approbationem & experientiam

proponimus, Id fit, quando aliquẽ ad periculu de eo, quod asserimus faciendum provocamus Tunc cum jubemus contradicentem experiri tacitam ei veritatis confessionem extorquemus, approbationem ejus rei, de qua agitur ab eo impetrantes. Undè hęc probatio & exploratio non immerito βάσανος dicitur, & cõfessionis species efficitur. Tale est illud Cic 4. Verr. Ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Veniat nunc, experiatur, tecto recipiet nemo. Ita apud Terent, Parmeno cum Thaidi laudare vult Chęream simulatum Dorum Eunuchum, sentitque Thrasonem & Gnatonem vehementer instare, jubet utrumque experiri, quid Doru possit in literis, in palęstra, in musicis, qua de r Terent. in Enuch.

Fac periculum in literis
Fac in palæstra, fac in musicis, quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, solertem dabo.

Hoc modo Ovidius affirmationis suæ approbationem & experientiam proponit 3. Tist.

Quod magis ut liqueat, nevè hoc ego finger credar,
Ipse velim pœnas experiare meas.

CAP

CAP. 33.

De tormentis eorumque indiciis.

Onfessio à corporibus orta per necessitatem exprimitur tormentis, hæc propriè uæstio dicitur, quęstio est alicujus de eo, qui onſcius est, invita confessio: alioque nomine ppellatur extortum testimonium, quod fit cõurrente tortura, criminis eruendi ergò adhiita l. 1. ff. de Quæstionibus. Tormentorum eſcriptio & variatio petenda potius ex locoum consuetudine, quàm verbis adornanda est, um tortura res dira & homini noxia sit l. 1. §. 3. de quæst. Hęc tortura Tyrannor. ut Phaaridis, Tyberii, Neronis, inventum fertur, & ostea ſereniori ſęculo JCti in ſervos tantum ormenta exerceri permiſere. Nam de libero omine, non vacillante testimonio ejus, quæionem haberi nefas olim erat l. ex libero §. . ff. de quæst. ſed dum humanor. facinor. matia & delictorum frequentia creſceret, & dũ eipub. intersit puniri crimina, tam pœna uã inquisitiones exaſperabantur, libera dein orpora ad torturam ſunt reducta exceptis ob lustria merita aliquot hominum ordinibus. xcipiuntur à tortura milites l. 8. C. de quęst.

& l. 3. §. 1. de re milit. magnis quidem cu[m]
privilegiis, etiamsi ad hostes transfugerint d.[l.]
3. §. 3. vel proditores sint l. 7. de re milit. ve[-]
rùm exauctorati non immunes sunt d. l. 7[.]
Excipiuntur senes decrepiti l. 3. §. 7. ff ad SC[.]
Syllan. Impuberes l. 10. in princ. de quæst[.]
& l. 1. §. impub. ff. ad SC. Syllan. hi terre[ri]
tantùm solent, & habena vel ferula cædi d. l[.]
1. Excipiuntur & surdus & mutus, cæcus, fu[-]
riosus d. l. 3. §. 8. 9. 10. 11. ad SC. Sylla[n.]
mulier prægnans ob periculum partus l. 3. d[e]
pœn. & de puerpera quęstionem haberi no[n]
oportet, nisi post quadragesimum purgationi[s]
diem l. pręgnantis & ibi Bart. ff. de pœnis. po[r-]
rò à tortura excipiuntur servi contra Domin[o]
l. 1. §. 3. de quæst. & l. 1. in princ. C. eod. Cla[-]
rissimi ordinis homines l. 10. C. de dignita[t.]
ad pronepotes usque l. 11. C. de quæst. ut &
decuriones, eorumque filii d. l. 11. etiamsi qu[i]
decurionatus munera deposuerit l. pen. C. d[e]
quęstion. In crimine autem Majestatis exce[-]
ptione nemo gaudet l. 10. §. 1. de quest. & l[.]
16. C. eod. l. 7. 8. C. ad leg. Jul. Majest. u[t]
& in iis exceptio locum non habet, quę ne[-]
fanda dicuntur d. l. 16. C. de quæst. uti est cau[-]
sa adulterii, vel fraudatio census l. 1. C. de
quæst. Et maleficium magicum, quia ipsa[m]
propemodum pulsat majestatem l. 7. C. de ma[-]
le[f]

ef. & Mathemat. Hisce exceptis tàm in homines liberos quam servos tormenta exercentur & quidem non in omni causa, sed in crimine publico l. 8. C. de quæst. capitali & attroiori l. 8. C. eod.

Proinde non temerè, sed circumspectè cum magna sollicitudine & insigni humanitatis ratione habendam esse quæstionem jura præceperunt. Primum judex de crimine cogniturus debet ante diem palam facere custodias se auditurum, ne hi, qui defendendi sunt, subitis accusatorum criminibus obruantur l. 18. §. 9. de quæst. Et torturæ modum diligenter arbitrabitur judex, ut reus vel innocentia vel supplicio salvus maneat l. 7. de quæst. Deinde adhibebit, non quanta accusator tormenta postulat, sed quod moderatæ rationis tormenta desiderant l. 10. §. 3. de quęst. tunc remissius tunc intentius aget, prout personar. ætas, sexus, vires, conditio, & ratio ipsa permiserit, attẽperabit const. crim. Car. V. c. 5. & à suspectissimo incipiet, ex quo facillimè veritas sciri potest l. 1. §. 1. de quæst. neque temere, nec subito à termentis initium faciet d. l. 1. sed primum, antequam eculeo utatur, de spontanea confessione interrogabit: & si reus non indicet circumstantias omnes, causam, hortatores, sociosvè, quorum sibi conscius est, sub-

secuturas quæstion. judex minitabitur d.con. crim. cap. 46. sin autem reus constanter neg, judex amplius eum de innocentia interrogabit inprimis, nunquid se illo tempore, ipso die, hora, quibus crimen admissum fertur, cum aliis honestis personis in loco non suspecto fuisse, possit ostendere: quod ideò est receptum, nempè propter rusticiores & defensionis suæ imperitos d. const. crim. c. 47. Quibus præmissis, ad tormenta demum venire oportet, cum planè suspectus est reus, & aliis argumentis ità probationi admovetur, ut nihil aliud deesse videatur, quàm sola confessio l. 1. §. de quæst. l. 18. §. 1. & 2. ff. eod. utpote cum aliter veritas sciri non potest, nisi per tormenta l. 9. in princ. de quæst. quorum indiciorum fidem unius testimonium parere non potest l. 1. §. 4. & l. 20. de quæst. indicia etiam legitima ad torturam non sunt, ut confessio morientis. l. 3. §. 1. ff. ad SC. Syllam. nec fama, cum indicia proximè ad rei veritatem accedere debeant d. l. 3. & l. 18. de quæstion. Jtem reus torqueri potest, si in testimonio suo vacillet l. 15. in princ. de quæst. Idque subtili cognoscentis diligentia animadvertendum esse præcipitur, cum ad excutiendam & illuminandam veritatem plurimùm vox ipsa faciat: quo quis sermone, qua quis constantia, qua trepidatione qu

ne quid dixerit l. 12. §. pen. de quęst. Testes verò torquendi non sunt, nisi cum facto intervenisse dicantur l. 18. §. 3. de quæst. & nisi quis undique ignotus & non vocatus spontè festinaverit ad testimoniũ dicendum, veritatẽ evertendi gratia Novel. 90. c. 1. §. 1. & nisi testimonium sit vacilans arg. l. 15. in princ. ff. hĩc: quod & tantum in causis criminalib. obtinet Auth. apud C. de fid. instrum.

Plura alia ad torturam indicia tradidit Car. V. Imp. in constitutionibus criminalibus ordine tam generali, quam speciali: Quorum primum est, si quis inter committendum, vel delictum, vel fugam quid amittat vel abjiciat, quod in delati dominio vel potestate fuisse cõstet paulò antè amissionem, tunc locus erit eculio, nisi liquidioribus argumentis innocentiam ostendat, contrariaq; refellat const. crim. c. 29. Secundo si ex interrempti bonis quid acceperit, asportaverit, vendiderit, donaverit, & quovis alio alienaverit modo, aut penes se retinuerit d. const. c. 33.

Dein dict. Imp. Car. specialia singulorum quoque criminum expressit ad torturam indicia, ut homicidii, adulterii vel stupri, partus enecti, veneficii, incendii, proditionis, magię, falsę monetę, &c.

Homicidii indicium est, si is, qui una cum

occiso in itinere fuit, fugam sit amplexus l. 1. §. 31. ff. ad SC. Syllan. nisi propter metum vinculorú vel judicis sævitiam se fugisse ostenda l. 25. §. prætereà ff. ad SC. Syllan. cum ei, qu sanguinem qualitercunque velit redemptum ignoscatur: vel si quis eo tempore, quo homicidium perpetratú est, vestibus armisvè cruentis visus fuerit, indicium erit dict. const. crim c. 33. quive cum occiso inimicitias gesserit pugnæ interfuerit, ferrum è vagina eductum strinxerit, percusserit, & plenis ictibus in occisum invectus sit: hinc indicium sufficien contra percussorem peti potest, eoque magi si ejusdem gladius sanguine madens & tabe respersus fuerit visus: si autem hæc singula, vel quę sunt maxima, non apparuerint, etiamsi talis fortè fortuna pugnæ ejusdem interfuisse dicatur, torsione excruciari minimè debebit dict. const. c. 34.

Adulterii itemque stupri indicia sunt duo: primum, si nudus cum nuda, solus cum sola eodem in lecto visus fuerit jacere Bocer. in tractat. de quæst. & tort. reor. c. 3. nisi non latenter sed palam, aliis etiam scientibus & videntibus, eodem in lecto jaceant: hoc enim casu cessat omnis mala suspicio arg. l. non existimo 54. de admin. & peric. tut. alterum adulterii vel stupri indicium est, si solus cum sola re-

repertus sit in conclavi quodam clauso, ita mas caligas suas resolutas, & fœmora denudata habeat, fœmina verò pulsanti ostium aperire recusaverit D.Boc.d.tract.c.3.

In casu partus editi clàm à matre enecti, ac blati indicium sumitur ab utero solito majo- viso, pallore faciei, virium que imbecillita-, moribus virgine indignis, fronte procaci, ore liberiori, adhibita corporis inspectione er obstetrices artis istius peritas facienda: uæ si suspicionem suis dictis confirment, puel- verò factum inficiari pergat, veritati tormentis via patefiet d.const.crim.c.36.proindè è pupillis lac profluat, vel ubera ejus emulge- possint, ex eculeo crimen fateri cogenda est, isi aliundè ex naturalibus causis, mensibus ilicet suppressis, puella id fieri per obstetri-es, aliasvè harum callidas mulierculas edoeat d.const.c.36.

In crimine veneficii, si quis venena mala ëmisse aut tractasse convictus sit, & cum o, qui extinctus veneno dicitur, inimicitias apitales gesserit, aut ex morte hæreditatem iudvè commodū sperasset, torturę locus erit, isi eo veneno ad res minimè malas legibusue non prohibitas usum & uti solitum, sæpè quidò constiterit d. const. c. 37. vel si quis nalum emerit venenum, emptum tamen à se

coram magistratu in judicio negaverit, indicium erit fidiculis quęrendi d.const.c.37.

In causa incendii attenditur, visusnè sit reus paulò ante incendium, res seu materias igne occultum diu foventes aut facilè concipientes velut picem, pulverem bombardicum, fomites quibus excitari incendia solent, & incendiarii in usu sint, tractare, idoneum hoc indicium erit, nisi manifestiss. argumentis demonstrari possit, se eam materiam ad finem licitum habuisse, vel destinasse d.const. c.4.

Proditionis indicium est, si quis iis, quibus suam in prodendo operam locasse dicitur, adfuisse, adstitisse, colloqui conspectus auditusve sit d.const.c.42.

Magiæ suspicax est indicium, si quis maleficorum artes profiteatur, aut hominem incantationibus malisvè criminibus se fascinaturum aut læsurum minetur, & paulò post eveniat, ut is, cui minatus est, quid detrimenti acceperit d.const.c.44.

Falsæ monetę indicium est, si apud aliquem talia instrumenta ad cudendam monetam apta reperiantur, & persona sit ejus famæ & conditionis, ut de hoc crimine maximè suspectus videatur sanction. Karol. in ord. criminal. artic. 43. Bocer. in d.tract. de quæst.& tort.reor.

Ex hisce indiciis tortura instituitur; verùm

Quæ-

quæstioni hoc modo peractę non semper sit fides adhibenda: ut enim nuda confessio pro exploratis facinoribus non est habenda in criminalib. si nec ulla alia probatio religionem cognoscentis instruat l. 1. §. 17. ff. de quæst. ita hæc confessio, quæ in tortura exprimitur, sola condemnationem non inducit: tortura res dira, fragilis & periculosa est, veritatem sæpè fallens, cum plerique patientia sive duritia tormentor. ità tormenta contemnant, ut exprimi iis veritas nullo modo possit, & alii sint tanta impatientia, ut quævis mentiri, quam pati tormenta velint d.l. 1. §. 23. de quęst. Id apparuit in Natali reo conjurationis in Neronem postulato: Ille, ut Tacit. refert libr. 15. annal. tormentorum aspectum ac minas non ferens, Annæum Senecam præceptorem Nerenis quasi conscium prodidit, sed falso! Nam teste Tacito d. loc. Natalis id fassus fuit & torturę metu, & ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecę omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Addit Tac. in seq. verbis d. libr. 15. annal. innocentiam Senecæ; ubi post occisum Neronem fama fuit tradendum esse imperium Senecæ quasi insonti, & claritudine virtutis ad summum fastigium dilecto. Imò quàm fragilis præter metum hęc sit nuda in tormentis confessio, experientia in aliis etiam compro-

comprobavit, cum sæpè post damnationem confessi innocentia constitit, uti ex epistola Divorum Fratrum ad Voconium Saxam de Primitivo servo in se confesso, & posteà de ejusdem innocentia rescriptum est d.l.1.§.27.d quæst. Cujus rei exemplum quoque allega Valer. Maximus libr.8.c.4. de quæstion. Refert Valerius M. Agrii Argentarii servum occidisse Alexandrum T. Fannii servum eoque nomine tortum, confessum in se facinus, & supplicio affectum, tamen injustè plexum atque innocentem, cum parvulo tempore interjecto, Ille, de cujus nece creditum erat, domum rediisset. Itaque dd.ll. nuda & sola confessio in tormentis non sufficiet ad condemnationem, sed alia requiritur prætereà probatio, quæ judicantis religionem plenius instruat d.l. 1.§.17.hic. At quænam illa? Veritas delicti & corporis occisi l.1.§.24.ff.ad SC. Syllan.& l. 23.§.fin. ff.ad l.aquil. adeo ut sine hisce indiciis ad torturam divenire non oporteat Rosbach. in process. crim.tit.5.cap.29. Requiruntur proindè signa & circumstantiæ, quæ fidem rei faciant, ubi locus, dies, tempus, hora, quibus crimen admissum sit: causæ insuper sunt attendendæ, ut animi mores, occasio, hortatores, socii, & armor. qualitas, ac Vulnus; de quibus singulis judex reum & quidem confi-

tentem

atem interrogabit, quemadmodum monet Constitutio criminalis Carolina c.46. & 47. quod propter rusticiores & defensionis suæ imperitos receptum est d.c.47. Unà judex diligenter attendet, cum ad excutiendam & illuminandam veritatem plurimùm vox ipsa valeat, quo quis sermone, qua constantia, qua trepidatione reus omnia dixerit l.10.§.pen. de quæst. Undè ne tortus vacillet, aut quid mutet, constitutum est, ut post torturam reus citra vim & vincula rogatus denuò repetat, ratificetque verba, dicta constitutione Karoli. V. criminali cap.31.§.5.

Repeti in quęstionem reus potest, si evidentioribus argumentis oppressus sit l.18.§.1. de quęst. tum si in tormenta animum corpusvè duraverit; debiles enim à tortura liberantur. Undè manifestum est, ob eadem indicia quæstionem non posse repeti, cum evidentiora primis, quę repetitionem inducant, argumenta requirantur, sed novis exorientibus indiciis reus tertio torqueri potest, & non ultra tres vices ad imitationem testium, qui ultrà tertiam productionem adduci non debent Auth. ut qui C. probation. quia infinitum reprobatur à Jure, in odiosis maximè l.11.§.18. de legat.3. & l.13. §. ult. de damn. infect. Et hæc est communis Dd. sententia test. Bucero in tract. de quæst. &

tort.

tort. reor. Tam circumspectè & tanta cum discretione & humanitate tormenta adhibentur, adeò etiam, ut judex, qui reum illegitim tormentis affici curavit, etiam pœnæ subjaceat Si enim judex ex nullis probabilius indiciis aut immoderatè quæstionem de Reo habuisse doceatur, compellitur ei hanc injuriam, cruciatus, dolores, sumptus, & damna resarcire peinliche halsgerichts ordnung art. 20. Et proinde tenetur Reo actione injuriar. l. 15. §. 34 §. 41. de injur. tum etiam utili actione Leg. Aquiliæ l. 13. in princ. ff. ad Leg. Aquil. Si autem dolo Reum torqueri fecit injustè, capite punitur l. 16. C. de quæst. maximè si mortuus fuerit Reus ex immoderata tortura arg. l. unic. C. de emend. propinq. & l. un. C. de emend. serv. sin lata culpa, arbitrio judicum punitur peinliche halsgerichts ordn. art. 61. Bocer. in d. tract. de quęst. & tort. reor.

CAP. 34.

De Jurejurando.

SEquitur nunc sexta testimonii proprii species, Jusjurandum. Hoc jusjurandum est

affirma-

[a]irmatio religiosa, & vinculum magnum ad [a]ringendam fidem. Et quamvis in juramen[t]o divinum quoddam testimonium invocetur, [j]uramenti tamen fides auctoritate & mori[bu]s jurantis nititur. Nam ut rectè Alexis, [ο]ὐκ ἀνδρὸς ὅρκοι πίστις, ἀλλ᾽ ὅρκων ἀνήρ, [i]d est, non viro juramenta fidem conciliant, sed [vir] juramentis; hinc jure civili deferre jusju[r]andum possunt non modo qui rerum suarum, [se]d etiam litis domini sunt, & vice versa defer[re] omnibus licet, qui convenire ac conveniri [p]ossunt l. tutor. §. ult. ff. de jurejurand. & præ[ci]puè requiritur ut persona jurans sit honesta, [bo]næ famæ, & vitę, non infamis, non vilis, sed [q]uę in aliena causa testis omni exceptione [m]ajor habeatur Mascard. in concl. 956. n. 66. [M]enoch. de arbitr. cas. 190. n. 14. & 15. Mynf. [c]ent. 1. observ. 68. vers. tertio, & sciat veritatẽ [v]erisimiliter per sensum aliquem corporeum [H]arant. tit. de juram. n. 5. Menoch. dict. cas. n. [6.] & 7. Masc. d. concl. n. 61. 64. Veteres Ethni[c]i jurabant per Jovem, cæterosque Deos & [S]uperos & Inferos: per hoc Æneas apud Virgil. [t]estatur coram Didone se invitum, & divino [j]assu coactum Carthagine decessisse in Italiam, [h]oc modo:

Per Sydera juro,
Per Superos, & si qua fides tellure sub ima est,

Invitus

Invitus Regina tuo de littore cessi.
Quę affirmatio Æneæ adhibitis Diis testib; jusjurandum est. Sic Annibal puer Sagunti u- tionem ad aram patri juraverat; cum Ille sti- mulis à patre agitatus subjecit haud mollia d- ctu, ut libr. 1. Lucanus canit.

Romanos terra atque undis, ubi competit ætas,
Ferro ignique sequar, Rhætæaque fata revolvar.
Non superi mihi, non martem cohibentia pacta,
Non celsæ obstiterent Alpes, tarpęaque Saxa.
Hanc mentem juro nostri per numina Martis
Per manes Regina tuos.

Olim in causis pecuniariis per genium Princi- pis juratum fuit l. 13. §. fin. de jurejur. JCt. juramentum est religiosa affirmatio l. 5. §. 7. d- jurejurand. quæ fit cum invocatione Nomin- Divini l. 33. de jurejur. & Novell. 8. cap. ul- quod & docent S. Biblia omne scilicet jura- mentum debere fieri per Deum immortalem Deut. cap. 10. Exod. cap. 22. 2. Cor. cap. 1 Hebræ. cap. 6. litium expediendarum gratia l. 1. de jurejur. & d. cap. 6. Itaque Deus immor- talis tum judex, tùm testis pro animi conscien- tia ad firmandam nostram fidem interponitu- c. & si Christus extr. de jurejur. Et per Eunden solum, non per Ethnicor. Divos commenti- tios, per Jovem, Saturnum, &c. multo minu- per creaturas, per Solem, per terram, & alio

repro

eprobatos execrationis modos Ethnicorum
more jurari debet Exod. cap. 2. Deut. 6. & 10.
of. 23. Judic. 11. Matth. 5.

Porro jurare oportet ob probationum inopiam l. 35. de jurejur. causa cognita à judice 3. C. eod. tit. velut si tantùm in causa semiplenè probatum sit, vel ancipites sint probationes & parum idoneæ, Cujac. lib. 22. cap. 28. bonæ fidei 3. C. de jurejur. & ibid. gl. Bart. l. admonendi n. 57. de jurejur. cum faciles nt nonnulli mortalium ad jurandum contemtu religionis, alii perquàm timidi metu divini numinis usque ad superstitionem l. 8. §. 4. e condit. institution.

Et defertur juramentum in omnibus causis controversiis, sive in rem, sivè in personam; ve in factum, sivè interdicto, sive etiam pœnali, vel quavis alia agatur causa l. aït prætor . §. 1. de jurejurand. Denique ad pecunias & d omnes res jusjurandum pertinet text. in l. isjurand. 34. in princ. de jurejur. sed in actione criminali locum non habet l. sciant C. de robat. Duaren. cap. 10. ad tit. de jurejur. & l. . C. eod. & Jas. in l. admonendi num. 274. ff. od. Geil. libr. 1. observ. 94. n. 3. sed nec in aliis rduis vel gravibus causis civilib. locum habet oc jusjurandũ, nisi forte plus quam semiplenè probatũ fuerit Geil. libr. 2. observ. 94. n. 2.

Juramentum JCtis aliud dicitur conventionale seu voluntarium, vel necessarium, aliud calumniæ, aliud juramentum in litem. Conventionale est, quod ex conventione & voluntate ipsarum partium prestatur l. 1. de jure jurand. Et hoc rursum vel extrajudiciale vel judiciale est. Extrajudiciale est, quod extra judicium à parte parti ex conventione & voluntate defertur, sponteque suscipitur l. jusjurandum 17. de jurejur. c. quamvis de pact. 6 appellatur voluntarium, eo quod nemo ho cogatur subire, sed ex voluntate partium pendeat procedatque l. jusjurand. quod ex conventione ff. hic. Sed postquam semel ex conventione suscipitur, præstandum omninò venit, nec deferenti referri potest d. l. jusjurandum 17.

Judiciale juramentum est, quod in judici ex conventione pars defert parti, judice approbante l. generaliter 12. §. 1. C. de reb cred. l. 25. l. 26. §. fin. ff. hic. Nam licet utrumque & voluntarium & judiciale proceda ex conventione & voluntate partium, tame cum ad hoc præter conventionem accedat quod in judicio, judice approbante, præstatu hoc judiciale potius, & illud voluntarium appellant: proinde hoc inter voluntarium & judiciale juramentum interest, quod judicial

defe

referenti referri possit, illud nempè volunta-
rium non possit l. jusjurand. 17. in princ. & l.
jusjurand. 34. §. aït prætor ff. hic. Cæterum
hoc judiciale juramentum à judice approba-
tum reus subire aut referre cogitur l. manife-
stæ 38. ff. hic l. pen. §. 1. C. de reb. cred. nisi
his aut manifestę habeatur turpitudinis aut
confessionis esse dd. ll. verum is, qui detulit
juramentum, prior de calumnia jurabit, scili-
cet quod non calumniandi animo alteri con-
scientiam suam per juramenti delationem pe-
riculose onerare velit d. l. jusjurandum 17. §.
& l. si non fuerit 37. l. 34. §. 4. & l. 39. ff. hic
l. delata 9. C. de reb. cred. Quod ideò re-
ceptum est, ut per hoc litigantes à facili dela-
tione juramentor. deterreantur.

Effectus jurisjurandi est, quod reus, si dela-
tum ab actore juramentum pręstiterit, absol-
vendus veniat: hinc jusjurandum finis litium
dicitur l. 1. ff. hic & ad Hebræ. c. 6. omnes-
que controversias conventione partium diri-
mit, ac decidit. d. l. 1. & l. jusjurandum à debi-
tore 40. ff. hic, adeò ut nec causa jurejurãdo de-
cisa retractari & resuscitari possit prætextu no-
vor. instrumentor. l. admonendi sumus 31. in
princ. ff. hic. ne perjurii causæ l. 1. C. de reb.
cred. neque à sententia inde secuta provoca-
tioni seu appellationi locus detur l. generaliter

l. 2. §. sed juramento 1. C. de reb. cred.

Juramentum necessarium est, quod judex i defectum probationis, cum neutra pars ip satisfaciat, causa cognita defert, veritatis ex plorandæ gratia, ut ad sententiam proceder possit l. admonendi 31. ff. hic & l. 3. C. de reb cred. vel est, quod judex in causis dubiis e inopia probationum litigatorbus imponit l. 1 & d. l. admonendi, ff. hic. Necessarium dici tur tum ratione partis, quod referri non poss l. penult. §. fin. autem C. de reb. cred. tu ratione judicis, quod ejus officio incumbat, u illud petitum omittere non possit, ne litem fa ciat suam, tum ratione ipsius causę quod con ditio ejus necessariò illud requirat pro inda ganda veritate, ut judex ad sententiam proce dere possit l. in bonæ fidei 3. C. de reb. cre Itaque ab effectu necessarium dicitur, quia ju dex illum, à quo petitur juramentum vel ad ju randum, vel ad solvendum cogendi potestate habet l. 34. §. 5. ff. hic & l. 9. C. de reb. cre Defertur hoc jusjurandum à solo judice 1. ibi ex auctoritate judicis ff. hic & l. admo nendi 31. ff. eod. & d. l. 3. in bonæ fidei C de reb. cred. & propter inopiam probation l. 35. ff. hic. Sichardus in d. l. in bonæ fidei n. 2. Imo etiamsi id non petitum sit à part nihilominus judex ex officio illud deferre p

tes Ge

est Geil. libr. 1. observ. 108. n. 5. Defertur
proindè hoc juramentum in supplementum
probationis: Id ut admittatur & locum habeat,
requiritur primò, ut semiplenè probatum sit,
quod per unicum testem integrum fieri dicitur, utque talis semiplena probatio verè, necessario concludat, nec enim presumptio sufficit
Mynſ. cent. 1. observ. 68. Masc. de probat.
concl. 956. n. 5. Nec per alium testem vel
præsumptionem elevata aut elisa sit Masc. d.
concl. 956. n. 33. Mynſ. d. observ. 68. v. 5.
Nam modicus etiam defectus semiplenam
probationem unius testis impedit, ita Bald. &
Aluorot. in §. sacramentum de consuet. rect.
feud. unde si testis sit amicus, affinis, domesticus,
inimicus, perjurus, infamis, malæ famæ, spurius, compater, fœnerator, &c. non defertur
Masc. in concl. 956. n. 10. Deindè requiritur, ut persona jurans sit honesta, bonę famæ
et vitæ, non infamis, nec vilis, & quę in aliena
causa testis omni exceptione major habeatur
Masc. d. concl. 956. n. 66. Menoch. de arbitr.
cas. 190. n. 14. & 15. Mynsin. d. observ. 68.
vers. 3. cent. 1. & sciat veritatem verisimiliter
per sensum aliquem corporeum Mar. tit. de
juram. n 5. Menoch. de cas. n. 6. & 7. Masc.
d. concl. 956. n. 61. & 64. Hoc juramentum, uti diximus, defertur non in causa crimi-

nali, ſed in civili: tum ſi actor ſemiplenè pro-
bavit, ei in ſupplementum probationis defe-
tur juramentum Dd. in d.l. admonendi 3.
ff. hic & in d.l. bonæ fidei 3. C. de reb. cre
niſi actor veritatem ignoret, & rei perſona l
galior ſit Bart. in d.l. admonendi. Nam ſi
ctor plenè probaverit, reus condemnandus e
ſi nihil, reus abſolvendus, etiamſi nihil prçſtit-
rit l. qui accuſare C. de edend. l. cum reis (
de pœnis. Quod ſi reum ſuſpicionibus tantù
oneret, deferri à judice poteſt, ut ſe ab iſ
purget tot. tit. extr. de purg. canon. Si verò
ctor ſit ſuſpectus, nec reus in minore exiſtim-
tione, quàm actor, in cauſa magni momen
reo potius, quàm actori deferendum juxta g
ult. dict. leg. bonæ. fidei C. de reb. cred. La
in method. jur. civil. par. 5. cap. 26. num.
Quid ſi in pari conditione & cauſa ſit actor
reus, ut ſi parem probationem habeant, tu
pro Reo videtur potius judicandū c. ex liter
extr. de prob. l. favorab. de R. J. l. inter par
38. ff. de re jud. l. 2. C. de cond. ob turp. cauſ.
Effectus juriſjurandi neceſſarii eſt, quod act
re jurante reus condemnetur; jurante auten
reo, is ipſe abſolvatur, & actor condemnetu
l. de qua re 74. de judic. l. 1. ff. de re judi
Deinde actio & exceptio rei judicatę compet
t. t. ff. de re judic. & t. t. ff. de except. rei jud. po
teſt tr

est tn. à causa hoc juramento decisa appellari
. generaliter 12. §. sed juram. C. de reb. cred.
Donell. cap. 11. num. 12. ad tit. de jurejur.
quando videlicet quis nova instrumenta se re-
perisse dicat, quibus solùm, non etiam testibus
uti velit l. admonendi 31. de jurejurand. petita
tamen prius restitutione in integrum Cujac.
libr. 18. observ. 15. l. divus l. Imperatores ibi
restitui negotia ff. de judic. l. divi fratres 27.
ibi vel in integrum restitutio ff. de pœn.

Juramentum calumniæ est credulitatis jura-
mentum, quod litigantes præstant de conscien-
tia & bonitate causæ, quam habere opinantur l.
2. C. de juram. propter calumn. dand. & tot.
tit. extr. eod. §. 1. Institut. de pœna tem. liti-
gant Cujac. observ. 3. libr. 7.

Vltimum jurisjurandi genus est, quod ob li-
tem æstimandam interponitur, jusjurandum in
litem est certa litis æstimatio cum obtestatione
divina, ob rem in judicio deductam, & con-
tumacia vel dolo adversarii non præstitam, vel
etiam causa ejus extinctam, facta l. 1. ff. de in
lit. jurand. l. qui restituere 68. de R. V. & l.
arbitrio 18. in princ. de dol. & l. si fund. 16.
§. in vindicationem de pignorat. act. vel jus-
jurandum in litem est, quod actor, judice de-
ferente, litis æstimandæ causa præstat Pac. in
synops. Dividitur, vulgo à Dd. in litem affe-

ctionis & veritatis Bart. in l. in actionib. 5. i pr. De in lit. jurand. juramentum in litem affectionis est, quod actor pro suo arbitrio affectione etiam ultra verum rei pretiu præstat, ut in eam æstimationem judex adversarium condemnet l. 1. in fin. & l. 2. §. 3. l. tutor. 9. ff. de in lit. jurand. l. si cum det. seq. ff. rer. amotar. Juramentum in litem veritatis est, quo quanti res est, seu quanti inter est, in æstimationem litis juratur l. 2. & l. tutor. 8. & in l. actionib. &. l. cum furti 9. ut Bart. n. 22. & Iason n. 40. de in lit. jurand.

CAP. 35.

De Authoritate rei judicatæ.

DIximus testimonii proprii species septem esse, cujusmodi sunt *præsumptio, testium responsa, tabulæ sivè instrumenta (inter quæ numerantur pacta, obligationes & pignora) Item confessio, tormenta, jusjurandum, & authoritas rei judicatæ,* sex priores species tradidimus: septima nunc authoritas rei judicatę, restat. Magna est hujus rei in omni causa auctoritas; Estque effectus sententiæ, quæ jus facit, hinc toties jura

rebus ju-

rebus judicatis standum esse præceperunt l. 1. ff. & C. de re judicat, etiamsi judex perperam judicasset l. 62. de re judicat. Quia rerum dijudicatarum gesta, quę in publica monumenta translatæ sunt perpetuam habent firmitatem l. ult. C. de re judicat. adeò ut specie novor. instrumentor. res judicatas restaurari non patiatur earum authoritas l. 5. 6. C. eod. tit. nisi falsis instrumentis se circumventum reus probet l. 4. C. si ex fals. instr. & test. judicat. & l. 75. §. 1. de judic. & nisi apud eum, qui de appellatione cognoscit, nova instrumenta producat, tunc audiendus est l. 6. §. 1. C. de appellat. & l. 4. C. de tempor. & reparat. & l. 27. de pœn.

Alioquin regulariter pro sententia præsumitur, tum quoad justitiam tum quoad processum c. sicut §. fin. de sent. & re judicat. Dd. in c. quoniam contra de probat. Et res judicata habetur pro veritate l. res judicat. de R. J. adeò ut nudis narratis supplicantis in decernenda inhibitione hoc casu non credatur, uti in Camera observatum tradit, Geil. libr. 1. observ. 114. n. 7. & observ. 127. in fin.

Rem judicatam sequitur executio t. t. C. de execut. rei judicat. quæ fit per apparitorem, vel manu militari l. 68. de R. V. ac primò res mobiles animales capientur, quarum pretium

si suffecerit, bene est; si non suffecerit, etia soli pignora distrahentur juxtà constitutione Divi pii, quę extat in l. 15. §. 2. de re judi Imo si condemnatus non sit solvendo, captu, etiam & incarceratio in executione decern tur, excepto milite, qui ad id, quod potest ta tùm, obligatur l. 6. in pr. ff. de re judicat.

PERORATIO.

HActenus omnia quidem genera argu mentorum Topicor. sunt exposita, di stinctaque generaliter in decem locos causa rum, effectorum, subjectorum, adjunctorur dissentaneorum, comparatorum, nominum distributionum, definitionum, & testimonio rum: quæ generalis doctrina ad omnes quæ stiones, ad omnes orationis partes, ad res om nes denique facillimè & apertè declaranda accommodari potest. Quod & ipsum Anto nius apud Ciceronem sentit 2°. de Ora tore de hisce Inventionis locis, sin sit (aït) & doctrina quis liberaliter institutus, & aliquc jam imbutus usu, & satis acri ingenio esse videatur, illuc eum rapiam, ubi non seclusa aquula teneatur, sed undè universum flumen erum-

rumpat, quod illi ſedes & tanquàm domicilia omnium argumentorum commonſtret, & ea breviter illuſtret, verbiſque definiat. Hęc orator Antonii voce de argumentis ſētit, & quidem optumè, nam facilius eſt diſcenti decem communes locos & intelligere, & memoria tenere pauca genera, quàm infinitam locorum confuſionem. Hic pro humani Intellectus, rerumque ſubjectarum capacitate adſpicias argumenta generaliſſima circa ens & non ens, omneſque diſciplinas occupata. Hic res ſingulæ ac univerſæ ſecundùm artium leges ab ipſo Ariſtotele traditas, cujuſcunque ſint naturæ, Ordinis, & doctrinæ, ſuis cauſis & effectis, ſubjectorum atque adjunctorum pondere confirmantur, diſſentaneorum & comparatorum ſplendore illuminantur, definitionum & partitionum argumentis diſtinguuntur, ſententiis, ſcripto, & teſtium gravitate urgentur. Et quamvis omnia argumenta in eandem rem recidere poſſint, ſola tamen cogitationum & rationum differentia inter ſe diſtinguuntur. Hanc mentis lucem ac reginam ab incunabulis ſuis rerumque uſu ac è probatis authoribus in hiſce topicis expoſuimus, ſimul exemplis non barbaris, ſed clarorum Scriptorum & Annalium ſentenciis illuſtravimus è communi humanæ prudentiæ uſu deſumptis,

pariter

pariter enucleandis & exercendis legum argu-
mentis accommodavimus, adeò ut Studiosi
legunque Cupidis in Academia, senatu, foro
denique in omnibus vitæ humanæ partibus
hæc Topica maximo possint usui esse, horum-
que subsidio variarum artium ambiguitates, ac
nodosa legum oracula facilè discuti atque ex-
superari queant.

FINIS.

INDEX

INDEX

Singulorum Capitum, quæ in hiſce Topicis tractantur.

CAP. I.

FINIS.

